



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Pars Posterior Tomi Secvndi, De Parte Avstrali Evropæ quæ in Orientem
vergit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167



PARALLELA
GEOGRAPHIÆ
VETERIS ET NOVÆ.

PARS POSTERIOR
TOMI SECUNDI.

DE PARTE AVSTRALI EVROPÆ
qua in Orientem vergit.



ARTEM Orientalem Europa Carpatho monte in duas diuidi partes præmonuimus Borealem, & Australem. Decursâ hac parte Septentrionali, montem illum transcendamus, vt regiones amœniores inuisamus, nec oculis tantùm gratiores, sed etiam intelligentiæ, quæ in iis longè plura antiquitatis monimenta reperiet. Percurres enim & animo & oculis Illyricum bellis suis famosum, Græciam & Italiam primum Martis, deinde Musarum domicilia; quas si doctus eris magnâ cum voluptate lustrabis: si tantùm doctrinæ candidatus, cum eâ spe quæ labores tuos demulcere

queat. Hæc porrò pars adeò necessaria homini qui literas profiteatur, vt hanc qui nescierit verè ἀμύσος dici queat. Quare plus illa diligentia à nobis exegit; immo & plus laboris, vt ex tam multis quæ nobis offerebantur ea feligeremus, quibus lectoris animus reficeretur varietate, non multitudine obrueretur.

LIBER PRIMVS.

De Illyrico.

PVD antiquissimos Scriptores populi supra Adriam degentes *Hypoborei* dicebantur, vt pluribus in appendice Germaniæ suæ demonstrare conatur Philippus Cluuius. Sed hanc quæstionem vt pote minùs necessariam omittamus, & obseruemus antequam vlteriùs progrediamur Illyricum apud antiquos Auctores quatuor modis constitutum esse.

Primò latissimè; & sic inchoatur à Galliâ lacùque Brigantino *de Constance*, indè ad Pontum-Euxinum porrigitur, idèmq; à mari supero ad Danubium, quibus terminis Istri, atque Carni, gentes Illyriæ Straboni, continentur; & à monte Hæmo supra Thraciam ad Danubij ostia. Meminit eius diuisionis Strabo lib. 7. cui etiam addere poteris Daciam, ex quo eam Traianus in formulam prouinciæ redegit; atque ita ab Hæmo monte, ad Carpathum Sarmatiæ limitem protendetur.

Secundò, magis restringitur, & ab Illyrico, Dacia, atque Mysia reuelluntur; quæ notio Illyrici ex Ptolemæo potest erui.

Tertiò, Suetonius in Tiberio Illyricum magis videtur præmere, qui ei conterminum Noricum facit: & nos methodi causa sic Illyricum vsurpabimus, & ab eo Noricum, Rhætiam, atque Vindelsiam detrahemus, vt Illyricum strictè sumptum, atque Pannonias tantùm complectatur.

Quartò denique, strictè sumitur pro Regione quæ supero Mari

DE ILLYRICO,
incumbit, & diuiditur in Liburniam, atque Dalmatiam; cuius est
crebra mentio apud Geographos.

CAPVT PRIMVM.

Historica Illyrici.

§. I. De Illyrico latè sumpto.

NVM. I. *Nomen.*

NOMEN habet ab Illyrio Cadmi filio, vt vult Eustathius, vel
vt Appianus in Illyricis filio Polyphemi Siculi, & Galatæ,
ex quâ susceptos quoque ait Gallum, & Celtum, Gallorum &
Celtarum parentes. Nos eius familiæ Stemma hîc proponimus, ti-
bi neque hoc libro, neque sequenti futurum inutile.

STEMMA FAMILIÆ POLYPHEMI
ex Appiano in Illyricis.

N V M. 2. *Quantitas.*

QVANTITAS apud Strabonem lib. 7. ex loquendi more Græcorum, secundum *longitudinem* est dierum $\tau\epsilon\iota\acute{\alpha}\chi\omicron\nu\tau\alpha$, *latitudo* autem $\pi\acute{\epsilon}\nu\tau\epsilon$: mirum tamen quomodo postea idem Strabo arguat Theopompum dicentem Illyricum 30. diebus peragrari posse, quasi ampliores ei fines assignarit. Romani autem apud eundem Strabonem *longitudinem* eius putant esse sex millium stadiorum, *latitudinem* mille atque ducentorum.

Ptolemæus autem Illyricum sumptum à Brigantino lacu ad Scordum montem secundum *longitudinem* facit stadiorum 7083. *latitudinem* autem à Iaderâ ad flexum Borealiorem Danubij, stadiorum 2084.

N V M. 3. *Qualitas.*

TOTA Illyrici ora commodis est instructa portubus, contrâ ei opposita Italiæ importuosa. In eo campi aprici, ubi & vites, & olea optimè crescebant, nisi in quibusdam locis asperioribus. Sed antea hanc regionem incultam fuisse, quia negligebatur, vel ob incolarum latrocinia: sic Strabo lib. 7.

§. 2. *De Illyrico strictè sumpto.*

N V M. 1. *Nomen.*

NOMEN supra expendimus paragrapho superiori.

N V M. 2. *Quantitas.*

QVANTITAS secundum *longitudinem* desumitur ab Arsiâ Fl. ad limitem Macedonicum, & iuxta Ptolemæi computum porrigitur ad 3750. stadia. *Latitudo* à Iaderâ ad flexum Danubij Borealem 2084. stadiorum.

N V M. 3. *Qualitas.*

NONNULLI incultum dixerunt esse, videlicet cum à

Piratis coleretur. Eius ora mille & ampliùs Insulis frequentatur naturâ vadosi maris, æstuariisq̃, tenui alueo, intercurfantibus. *Plin.* lib. 3. cap. 26. In Dalmatiâ optimas fuisse fodinas docet *Cassiodorus*. Ibidem auri plurimùm, siquidem, vt ait *Stattius*,

Dalmate montes, vbi dite viso

Pallidus fossor redit, erutoque

Concolor auro.

De sale dicemus in Admirandis; sicut & de mirabili regionis fertilitate. Cocleæ Illyricæ præcipuæ magnitudinis *Plinio*: pix Illyrica laudatur ab *Ouidio*, Iris à *Theophrasto*, oleum Liburnicum ab *Apicio*,

N V M. 4. *Mores.*

ILLYRICI omnes bellicosi, sed latrociniis addicti *Strabo*. In ora maris Piraticam exercebant nauigiis velocioribus quæ inde Liburnica. Sub Imperatoribus hinc fortissimæ legiones. Vino deditos agnoscunt *Alianus*, & *Athenæus*: confecere & potum ex hordeo quem *Sabaïam* dixerunt, vnde Valens Imperator Illyrius dictus *Sabaïarius*, *Am. Marcell.* Nullâ pecuniâ utebantur Dalmatæ, quod Romanis mirum videbatur. Octauo quoque anno agros suos diuidebant *Strabo* lib. 7. Peltas inuenere Dalmatæ *Clemens Alexand.*

N V M. 5. *Politia.*

NOMINATUR eorum Rex Agro, contra quem à Ro. bellum gestum est ob Essios insulares: & tum Epidamnus, & pars Epiri huic parebant. Coruncanus Legatus Romanus hîc cæsus causa magni belli fuit, sed Rege mortuo vxor eius *Teuta* cum Ro. pepigit, quando Corcyra, & Apollonia libertate donatæ sunt, & Demetrius cuius proditione vsi erant Romani, multis donis auctus; postea tamen is rebellis interemptus est. Persei tempore pecuniâ inuitatus Rex Gentius, bellum Ro. denunciavit, sed illico deuictus, & captus, Scodra caput gentis deleta per Anicium Proprætorem, qui & Regem cum filiis in triumphum duxit. Illyrij tempore Iulij Cæsaris videntur rebellasse, nam semel & iterum Romanos cecidere, maximam cladem intulere Gabiniò: postea tamen deuicto Pompeio pacem impetrarunt. Sed cæso Cæsare iterum rediere ad ingenium; tandèmq̃ ab Augusto omnia de-

uicti, qui & de iis post superatum Antonium triumphauit.

§. 3. De variis Illyrici populis.

AGEMVS hîc tantùm de præcipuis & ad quos reliqui reuocati sunt, ij porrò *Liburni, Iapodes, Dalmatæ, Autariotæ, Vardizi, Scordisci.*

N V M. 1. De Liburnis.

II nauibus suis, & prædationibus insignes fuere. Vrbs Promona erepta est illis à Dalmatis, & aliis Illyriis; bellum à Iulio Cæsare illatum.

N V M. 2. De Iapodibus.

INNVIT Strabo Gentem hanc partim Gallicam, partim Illyricam fuisse: eorum oram fuisse stadiorum mille, inopes extitisse, & ζειῶν, & millio victitasse, sed Απειμαίης: pertinuisse ad Alpes inter quas viuebant. A Romanis primùm superati sunt à Sempronio Tuditano, & Tiberio Pandusio. Deinde bello petiti ab Augusto, & obsessum Metullium vrbs primaria, ad quam ipse vulneratus est, & eos suâ fortitudine ad petendam pacem compulit. Sed cùm duriores pacis conditiones proponerentur, urbem suâque ac seipsos cremauerunt; & ab eo tempore Romanorum tulere iugum.

N V M. 3. De Dalmatis.

Ab vrbe Delminio nomen habent, inquit *Strabo, & Appianus.* Romanis obsequentes Illyrios bello aggressi sunt, & Legatos Rom. non admiserunt; quare ad eos missus Figulus Consul urbem Delminium penè totam facibus iactis incendit. Ita quiescere: postea tamen laceßiti rursus à Cæcilio Metello libidine triumphandi. Tandem sub Augusto, eorum urbibus aliquot delentis, attriti sunt.

N V M. 4. De Autariotis.

AUTARIOTÆ, seu Autarij, nomen accepere ab Autario Illyrij

filio, ut vult *Appianus*. Hic cum Celtis (quos Cimbroſ vocat idem *Appianus*) ad Delphos caſtra poſuerunt, ſed inde procellis repulſi in patriam ſuam rediere, ubi tanta ranarum viſ exorta, ut flumina computreſcerent; neque tantum, ſed extitere ex terrâ peſtiferi vapores quibus peſtis in Illyrico excitata eos potiffimum afflixit. Quare ex patriâ profugere coacti ſunt, & à nullo recepti, occupauere paluſtrem regionem prope Baſtarnas, ibique vrbes condidere. *Strabo lib. 7.* ait cum Ardiais ſape de ſale pugnaffe, quo fruebantur alternis vicibus: ſed cum iidem Autariotæ Triballos domuiſſent ſupra alios Illyrios & Thracas extuliſſe caput; verum à Scordifcis exutos eſſe potentiâ, & utroſque à Romanis fuiſſe debellatos.

N V M. 5. *De Scordifcis.*

Sic dictos eſſe *Appianus* innuit à Scordifco filio Autarij, niſi malis à monte Scordo, vel Scodro ſic appellatos; *Strabo* tamen ſignificat illos Gallos eſſe origine; neque alij videtur à Gallis qui ad Adriam incolentes venere ad Alexandrum, nihil metuentes præter cæli ruinam. Certè *Iuſtinus lib. 32* ait partem Comitum Brenni, qui Delphicum templum obfederant, repulſam veniſſe ad confluentem in Danubium Sabum, hîc ſe vocari Scordifcos voluiſſe. Magnæ olim fuerunt auctoritatis, & Triballos ad Getas fugere compulerunt. Vidimus & ſuprà Autariotas ab iis domitos: immo & eò virium increuiſſe, ut uſque ad Illyriorum, Pannonum & Thraciæ fines Imperium ſuum protenderent. Nihilominus aſſerit *Strabo* à Dacis accepiffiſſe cladem, & Scordifcos quidem planè debellatos, Gallos autem eis permixtos ſeruatos eſſe, ſociosque ſe Dacis præbuiſſe. Tandem cum Scordifci iuncti Dardanis, & Medis in Macedoniam irrupiffent, & Delphicum inuaſiffent templum, bello petiti ſunt à Ro. Duce Lucio Scipione, à quibus Scordifci fermè deleti, quoniam à finitimis deſerti ſunt qui venerant in prædæ communionem. Et tunc reliquiæ eorum ad Inſulas Iſtri profugerunt: poſtmodum tamen ad Pæones redierunt, ideo inter Pæones Scordifcorum adhuc genus eſt. Vnde in duas ſedes discreti ab eodem *Strabone* dicuntur, & alij habitaffe feruntur inter duos amnes in Iſtrum influentes Noarum, qui præter Segesticam fertur, & Martum, ſeu Bargum; alij verò Myſis, & Triballis confines fuiſſe perhibentur.

N V M.

NVM. 6. De *Vardiais*.

APPIANO *Ardiaei*, Plinio *Vardei*, à posteris dicti *Varalij*, inquit *Strabo*, Italiae populatores dicti apud *Plinium*, magni Autariotarum hostes, quibuscum diuturna bella de sale gesserunt, & tandem eorum opima loca ad mare occuparunt, vnde tamen per Romanos expulsi sunt. Olim contra eos gessit bellum Fulvius Flaccus, sed excursionibus tantum, inquit *Appianus*. Demum à Romanis è littore depulsi, & coacti vacare agriculturæ, licet eorum regio esset aspera, neque conueniens agricolis, sic tantum non funditus periëre; ita *Strabo lib. 7*.

§. 4. De *Pannonia*.NVM. 1. *Nomen*.

NOMEN habere putat *Appianus* in Illyricis ab *Pæone*, vel *Pannonio*, filio *Autarij*, filij *Illyrij* ex *Polyphæmo* & *Galatæa*. Sed probabilius *Dio*, qui his locis præfuit, ait dictos esse à pannis confutis more patrio, vnde sibi tunicas manuleatas conficiebant. Plerique veterum *Pæones*, cum *Pannoniis* confuderunt, & hanc vocem Latinam, illam Græcam putauerunt. Sed errorem sustulit *Dio*, afferuitque indigenas se appellare *Pannonios*; *Pæones* autem ab iis diuersos, ad *Rhodopen* partem maritimam *Macedoniæ* incoluisse.

NVM. 2. *Quantitas*.

APVD *Ptolemæum* longitudo à monte *Cecio*, ad *Taururum* stadiorum 3000. complectitur. Latitudo à flexu *Boreali* *Danubij* ad montem *Albanum* limitem *Illyrici* 1500. stadiis definita est.

NVM. 3. *Qualitas*.

NEMOROSAM & nullis habitam urbibus eam describit *Appianus*: Sed hinc plures excitas esse *Iornandes* ostendit: *Solinus* planam solo, lætam & vberem facit, sed id negat *Dio αὐτόπλον*, ait
Parall. Geogr. Tom. II. L1

que Pannonios neque terram, neque aërem felicem habere, neque apud eos vitem, aut oleam nisi parcissimè nasci: maiorem hinc anni partem defæuire hyemem: indigenas hordeo, & milio victitare, atque inde potum parare quem Zeam vocant, sic *Strabo*. Probi tamen tempore mons Almus apud Sirmium vitibus confitus est opere militari. Quantum hinc auri crescat, & quanti hinc bifontes dicemus in Admirandis. Canes Venatici hinc laudantur ab *Oppiano*, & *Nemesiano*. Pileos Pannonios è pellibus in usum militum commendat *Vegetius*. Hanc quoque glandiferam regionem vocat *Plinius lib. 3. cap. 25.*

N V M. 4. Mores.

OMNES Pannonij fortes, ideoque feroces, & armiferi à Poëtis dicti. Subdolos fuisse innuit *Tibulus*: literarum amantes, & potissimum linguæ Latinæ *Paterculus*: ad pugnam, cædemque paratissimos *Herodianus*. Hinc mulieres laboris patientes, & operosas agnoscit *Alianus*. Agros per cognationes possidebant, *Strabo*. Mortuorum corpora in stagna proiiciebant *Diog. Laërtius*. Solem venerabantur, cuius imago, discus longiori hastæ præfixus.

N V M. 5. Politia.

GLORIOSI admodum Pannonij ob Agrianos qui egregiam Philippo, & Alexandro navarunt operam, hi enim inter Pannonios numerati sunt: sed hinc *Appianus* Pæones cum Pannoniis confundit. Fuere Romanis terribiles ex quo Cornelium quemdam eorum Ducem fuderunt, quare deinde nemo Magistratum Romanorum eos aggressus est, intactique ad Augusti tēpora perstiterunt. Et tum quoque nulla apud eos iudicia communia, nulli Principes qui cæteris præessent. Quare licet educere possent centum armatorum millia, numquam tamen magnas copias conscripsere, deficiente Duce. Hæc *Appianus*: apud quem & leges bella ibidem ab Augusto confecta, in *Illyricis Latinis*.

ILLY-	CVM	}	LIBVRNIA	}	IAPODES.
					LIBVRNI.
RI-	SVMPTVM	}	DALMATIA	}	AVTARIOTÆ.
					VARDIÆI.
CVM	PANNO-	}	SVPERIOR.	}	
			NIA		
LATE	SVM-	}	DACIA VERA	}	De quibus agemus
			MAGNA		
PTVM	NORICVM	}	MOESIA	}	ius libri.
			VINDELICIA		}
	RHÆTIA				

CAPVT II.

Descriptio Geographica Illyrici.

§. I. *Liburnia.*

NVM. I. *Iapodes*, la Croace & partie d'Istrie, & de Vindifmark.

MARI-	}	Aulona, meliùs Aluona, cuius incolæ Albonenses Plinij, hodie <i>Albona</i> , Hermolao & Nigro.
		Flanona, incolæ Flanates, Blanona Antonini, seu Flauona, hodie <i>Fianona</i> . Ab hac nomen accepit Flanaticus sinus Plinij, Flauonicus Stephano, qui Polanicus est Melæ à vicina vrbe Pola, & Liburnicus Orosio, hodie Carniuorus ob frequentia naufragia, vulgò <i>Quarnero</i> , seu <i>Karnero</i> .
TIMÆ	}	Terfatica: <i>Fiume</i> , ad Fl. Oeneum, malè Hineum <i>Fiume</i> .
		Senia: <i>Segne</i> , seu <i>Segna</i> .
VRBES	}	Lopfica, vnde incolæ Lopfi Plinij: <i>Lopfico</i> .
		Teaulus Fl. Plinio limes Iapodum: <i>Odria</i> .
		Ortopola, nunc eius vestigia, <i>Ortopola la Vecia</i> , ad Fl. Tedanium.
		Vegia: <i>Veza</i> , Nigro.

Ll ij



MEDI-
TER-
RANEÆ
VRBES. { METVLVM: *Merling*, ad Fl. Colapim *Kulp*, de hoc
plura in Iapodibus diximus.
Velfera, seu Volfera, & Velfera malè à Ptolemæo affi-
gitur littori Adriano, hodie *Castrum nouum*, seu *No-*
uigrad.

IN-
SV-
LÆ { Apforus Ptole. Abforus & Absyrtis Melæ, Absyrtides Stra-
boni, vbi Medea fratrem dicitur discerpisse: Absyrtis
Ofero, Abforus *Cherso*, iam duæ Insulæ, de iis in Italiâ.
Curiſta Plinij, Cyraſtica Strabonis ponè Iapodas, *Veglia*.
Giffa omnium iudicio *Pago*.
Scardona hîc Insula collocatur à Ptole. è regione Iaderæ:
fortè ex vna Insula duæ factæ sunt, quarum vna dicitur
Scarda, alia *Malconfiglio*.

NVM. 2. *Liburni*, partie Occidentale de Dalmace.

MARI-
TIMÆ
VRBES. { Ænona, aliter Enona *Nona*.
IADERA incolæ Iadertini Hirtio: *Zara*.
Corinium: *Glinba*, in ruinis iacet.
Scardona: *Scardo*, ad æstuarium Scardonium, seu lacum
Varnaria.

MEDITER-
RANEÆ
VRBES. { Curcum, nunc *Zucea*, ad Fl. *Cherca*.
Arucia: quid sit nescitur.
Stupi: nunc *Bergane*, desolata.

IN-
SV-
LÆ { ISSA, cuius incolæ Issenses, & Issæi Liuius, in Epitome Stra-
bonis Iassa, Cæsari Hissa, Effios Appiani, hodie *Lissa So-*
phiano, aliis *Isola Grande*.
Celadusæ *Incornata*, aliis *Lagusa*.

§. 2. *Dalmatia*.

NVM. 1. *Autariotæ*, aliter *Tariotæ*, le milieu de la Dalmace.

VRBES { Sicum in quem locum Claudius veteranos misit teste
Plinio: *Sebennico*.
Tanona: *Tinna*, vel *Tuina*, Nigro.
Tragurium: *Tran*, olim Insula Hirtij Thauris videtur,
vnde quinque populi tempore Plinij iura petebant:
Nauale Dalmatarum fuit.

TIMÆ SALONA, vbi quondam nobile palatium Diocletiani, *Spalatto* Hermolao est: Niger ait urbem hanc intercidiſſe, ſed indicari locum ab indigenis, vbi *atx Cloſſa*. Epetium, incolæ Epetini Plinio, ſed inſulares eos innuit: Sophiano eſt *Spezze*, meliùs *Chinquio*, aut *Chiuco*. Peguntium, Plinio Piguntia *Almiſa*, ad Fl. Cetinam.

VRBES NARONA Col. ad Fl. Naronem, qui Nara Melæ dicitur, vnde Varrone teſte 89. ciuitates iura petiere, tempore Plinij populi duodecim quos nominat. Ptolemæus Narbonam nominat *Narava*, & *Narōna* variantibus M. M. S. S. manifeſto errore, nam apud Tullium epiſt. 77. lib. 13. ad Sulpitium Narona dicitur, quomodo apud Æthicum appellatur. Malè ergo Iul. Scaliger Carum & eius filios Carinum & Maiorianum Illyrios putat, quia Narbonenſes fuiſſe dicuntur; peiùs recentiores aliqui indidem ortum credunt S. Sebaſtianum, qui Narbonenſis vulgò eſtimatur: hodie vrbs & Fl. *Narenta*.

MEDI-TER-RA-NEÆ. Adra: *Auſech*, aliis *Zeruuas* caſtrum. Saluia, Syluia Antonino: Niger ait ſeruare nomen; Leandro *Alia*, meliùs *ſoſech*.

Anderium Dionis, Andecrium Ptole. Andretium Strabonis: *Sfinga*. Burnum, Burnium Liuius in Cauiorum gente, caſtrum dicitur à Plinio Ro. nobilitatum prælius: *Grachina*. Blanona: *Banialuch*.

INSV-LEÆ PHARIA, quam Procopius Leſinam vocat, Demetrii proditoris vrbs, de quo Appianus & Strabo; hodie dicitur *Leſina*.

Tauris, malè à quibuſdam cum Tragutio confunditur: hodie *Labraſſo*.

NVM. 2. *Vardiæ*, Partie de Dalmace, & de la Seruie.

MARI- ONÆUM, Liuius Oenæum ad Fl. Artatum in Penetiâ regione, *Sabionello*, aut *Cideriſſo*, Sophianus malè *Cabo Cumanus* putat. EPIDAVRVS, Epidaurum colo. Plinio Parthi-
norum,

TIMÆ } seu Parthenorum ciuitas, vbi legio IX. In eâ templum Æsculapij fuit, & hîc Deus sub forma serpentis cultus, cuius antrum monstrant indigenæ: Cedreno Παρθιον, Turcis *Dobronicha*, hodie *Ragusa Vechia*.

VRBES } Rizinium, & Rifana dicta, quamquam eas distinguat Ptole. Birsiminium videtur ab Anton. nominari. Niger putat hodie vocari *Rizano*, Volaterranus *Catara*, quia sinus Rhizonicus hodie dicitur *le Golphe de Catara*.

MEDI-TER-RANÆ } DALMINIVM Straboni, Delminium Ptolem. dictum quoque Dalmium, & Delminum, vt vult Eustathius, hodie *Denna Sophiano*, *Damna Volaterrano*, meliùs *Delminio*.

VRBES. } Æquum Colon. *Znonich*.
Siparum vel Siparortum: *Stripnich*.
Mons Ardius qui describitur à Sex. Rufo sub nomine Alpium Iuliarum, Dalmatiam mediam secabat.
Drinus Fl. ex Scardo monte oritur, & cadit in Sauum, hodie *Drina* ab indigenis, vulgò *Lodrino*.

INSV-LÆ } CORCYRA MELÆNA: hodie *Curzola*, vel *Curzoli* nemine reclamante.
MELITA, Ptolemæo Melitenæ, Polybio Melitusa, Melita Antonino, vnde Catuli Melitæi, inquit Plinius, quos tamen Strabo Africanæ tribuit: de hac quæstione in Sicilia pluribus: hodie *Melada* dicitur.

NUM. 3. Scordisci, la partie plus Orientale de Dalmace.

MARI-TIMÆ } Ascriuium, Ascruium, & Ascrouium, vult hodie dici *Catara Niger*, sed malè cum Dogurto confundit.

VRBES. } Bulua Ptole. Butua Plin. & Steph. dicta olim Bulina, vt vult Sophianus, vnde populi Bulini Stephano, Bulimæi Dionysio. Hodie *Budua*, *Butua*, *Budua*, vel *Budouo*, tot enim modis variè scribitur.

VRBES. } VLCINIVM, vel Olcinium, & Olchinium, antea Colchium Plinio teste, hodie *Dulcigno*, ad Drinonem Fl. Liffus: *Alesio*, aut *Alesio Sophiano*, & Barletio.

	SCODRA quam Liuius lib. 44. accuratè describit: Florus perperam vocat eam caput Macedonicæ Gentis; sed Scordiscorum primaria ab omnibus appellatur: hodie <i>Scutari</i> , Nigro <i>Scrutari</i> , Turcis <i>Scandaria</i> , seu <i>Vschenderim</i> , hoc est Alexandria, ait Barletius.
MEDI-	
	Enderum: hodie retinet nomen <i>Endero</i> ; malè à quibusdam locatur in Vardiæis.
TER-	
	DOCLEA, vel Dioclea Aurelio Victori patria Diocletiani, cuius incolæ Diocletiani Cedreno, & Curopalata, Plinio Docleatæ, vel Docleates: hodie <i>Medon</i>
RA-	Nigro, <i>Antuari</i> Villanouano.
	Labeatis lacus, quem Liuius describit lib. 44. vnde populi Labeatæ Plinio, Labeates Liuius: <i>lac de Scutari</i> .
NEÆ	
	Claufula Fl. Scodram ab Oriente alluit, Liuius.
	Barbana Fl. ex Labeatide palude ortus Occidentalem partem Scodræ lauat, Liuius, Vibio Sequestro Babenna: vterque hic Fl. cadit in Fl. Oriundum, seu Drilonem <i>Drino</i> , seu <i>Lodrino</i> .
VRBES	
	Nestus Fl. vnde populi Nestæi circa Ceraunios montes Apollonio, dicitur aliter Nisidis Fl. hodie videtur <i>Bosna</i> .

§. 3. Pannonia.

NVM. 1. Pannonia superior, parties d'Austriche, de Stirie, la Carniole, le Comté de Cilly, parties de Vindismark, de Croacie, & d'Esclauonic.

	VRLIOBONA Ptolemæi, Vendum Straboni, Vindobona, aut Vendobona Aurelio Victori, Vindomana Not. Imp. Vindomina Iornandi, <i>Vienne en Austriche</i> : Viderur à Plinio Viana dici, à quo in Norico collocatur, & à Iornande Pannonia: à Slauis vocatur <i>Vuidme</i> , à Turcis <i>Petz</i> . A quibusdam malè confunditur cum Alis Flauianis.
VRBES	
	Carnus, quam Carnuntum vnus dici putat Ortelius, aliis Geographis reclamantibus, propterea quòd Plin. lib. 4. cap. 12. Carnuntum Pannonica Hiberna, & confinium
AD	
DA-	

nium Germaniæ nominavit : quidam putant esse *Haimbourg*, Lazius locum ubi situm *Monasterium S. Petronille*.
 NV - Flexum, Lazio *Poffonium Presbourg*, cui opinioni fauet nomen; nam hîc Danubius flecti incipit: quo modo autem mutatum Flexum in *Pofonium* dicemus in parte tertiâ.
 BIYM. Chertobalus putat esse *Chariburg* Lazius in *Auftriâ*, sed situs *Ptole.* respondet burgo *Kiralfalun* in *Insulis*. *Brægitium*, hodie *Comara*, aut locus non procul *Bontuda*, ubi eius ruinae monstrantur.

SCARABANTIA, *Iulia* dicta *Plinio*, *Sacarbantia* *Ptol.* ru-dera eius extant, ubi nunc est *Zapprinum Scapring*, seu *Chzrepregh*, *Cluuerio* est *Sopron*: alij volunt esse *Gumend*, seu *Kermend*, ad *Arrabonem Fl. Rab.*
 Valina: *Vinberg*, ad *Fl. Rab.*
 VRBES Carrodunum *Pannoniæ* dictum *Carnebourg*, ad *Fl. Rab.*
Mürocera, nomen retinet in tabulis *Stiriæ*, aliis tamen dicitur esse *Murek*.
Rispia: *Rhichpotembach*, burgus *Auftriæ*.
 INTER Sala: *Cel.*

SABARIA *Col. D. Claudij* dicta, & *Sabarium*, *Cluue-rio Saruuar*, ad *Fl. Guniz*, cadentem in *Arrabonem*, quem *Lazius* ait olim dictum *Sabarium*. At *Carolus Clusius* testis *ἀπὸ τῶν* putat esse *Stain*, quam *Hungari* hodie dicunt *Dzambath-hely*, hoc est *Sabbati* locus. Hîc anno 1508. inuentum *Ouidij* sepulchrum cum *Epitaphio*. Item ibi creatus *Seuerus Imperator*.

DANV. Vinundaria: *Vvindisgratz* Lazio, prope *Draburg*.
 BIYM. PŒTOVIUM, & *Petouio Col.* & *Patauium* & *Betuuium*, item *Setouia* dicta *Pytiouita* *Metaphrasto*: *Petau*. Hic vulneratus est in genu *Augustus Cæsar*.

ET Lentudum, *Lenlis Anto.* *Lutenberg*.
Vifontium: *Vifuncio* Lazio, aliis *Varasdin*.
Olimacum: *Limbach*, seu *Nider-Limbach*, indigenis *Afolindua*.
Nouidunum: *Novigrad*.

Æmona, quam perperam Herodianus in Italiâ collocat: ad Nauportum Fl. nunc Lubiana *Laubach*: quia id testari videtur inscriptio hîc reperta. Lazius tamen putat esse *Igg.*

Mons Albanus: *Auffder-Alben.*

SISCIA ad Colapis confl. in Sauum Strab. hodie *Sisség*: Lazius tamen vult esse locum *Soffed.* Ad hanc Strabone teste Augustus bello Dacio classem reliquerat.

DRA- Mons Claudius, mons inter Cillienfes, & Hungaros ab utrisque variè dictus *Vogel, Zagor, Motay, &c.*

STRIDO, nunc *Stride*, intra Fl. Murum, & Drauum, patria S. Hieronymi, quam ait à Gothis euerfam in Pannoniæ, & Dalmatiæ confinio.

V V M. Peisolacus, lacus Felix Anton. Pelsodis Iornandi. Pelfo Aurel. Victori, hodie ab Austriacis *Neuussibersée*, (quâ in voce agnoscunt Sidunos, vel Idunos populos Ptolemæi) Hungaris *Ferten*, vel *Feuurten*.

SEGESTE Inf. & ciuitas in Sauo quam Pli. describit iuxta confl. Colapis in Sauum, hodie *Zigea* Hungaris Lazio, Pineto *Landspurg*. Alia describitur à Strabone non procul à Sirmio, & Siscia, Bonfinius putat hodie dici locum *Segesd*, alij volunt esse *Sisaken*.

N V M. 2. Pannonia inferior, vne grande partie de la basse Hongrie: parties d'Esclauonie, de Boffine, & de Seruie.

ARRABONA ad Fl. Arrabonem *Rab*, seu *Iauarin*.

Curta: *Vifegradium*, supra Insulam *Vizze*, alij volunt esse *Bude-offen*.

VRBES Salua, seu Salua mansio Anto. Soluense castrum Plinio, hodie *Scalmar*, quæ in tabulis *Salmar*.

AD Carpis, & Carporum vicus, & Carpi, & Cirpi, hodie *Cepol* in Insulâ, Germanicè *Kackenmark*.

Aquincum, aliter Acincum, hodie *Bud*, seu *offen*, ex inscript. probat Lazius, aliis *Theth*.

DA- Salinum, seu Salina vetus: *Adom* Lazio.

Luffonium, postea Intercisa: *Pax Simlero*.

Lugionum, fortè Legio Anto. & Logiones Zofimi, hodie *Zehen*.

- Cornacum: *Batha*, seu *Zatha*, aliis *Zarofca*.
 Acumincum legio, seu Acimincum, alij cum Acimo
 confundunt: *Kametz*, vel *Petrouaradin*, vel *Zalon-Kemen*.
 Ritium: *Semlyn*.
 BIVM. TAVRVVM, Taurunum Pli. & Alba Græca, qui eam
 ad confl. Danubij, & Savi locat, Arriano Taurunus;
 in Not. Taurunum: seu Marsania: *Belgrade*; aliter
Nander Alba, & *Griechisen Vvysembourg*.
 VRBES Serbinum: postea Vesprisium *Vesperin*, ad initia Fl. Vrpa-
 ni, qui nunc *Sarwizze*.
 INTER Vacantium: *Vazzan* intra lacum *Balaton*, & Fl. Vrpanū.
 DANV- Magniana, forrè Mogetiana Anto. & Magia Stephani:
 Lazio *Zika*, indigenis vicus *Mardzely*.
 BIVM, Berbis: *Berzenche*, supra Draum.
 ET Iuollum: *Veleuar*.
 Murzella dubitatur an sit *Meztegneuu*.
 MYSIA Colo. Smilero *Murouiza*, Lazio *Ezek* ad Dra-
 uum antequam Danubio misceatur.
 DRA- TEVTOBVRGIVM, aliter Amantia Antonini, vnde Pan-
 nonia Amantina dicta, cuius meminit Sext. Ruffus:
 hodie *Funfkirchen*, seu *Cinq-Eglises*.
 VRBES CIBALIS, vnde Pannonia Cibaliensis, cuius meminit
 Paulus Diaconus, hodie *Siabou*, vicus non procul à
Palma, cui Lazius malè Cibalim affigit.
 ET Certissa, vel Cirtissa: *Czernik*.
 BASSIANA, vnde Pannonia Bassianensis in libro Not.
 dicitur aliter Bafiniana; hodie *Pofega*, seu vt loquun-
 tur Hungari *Bofega*.
 AQVÆ Tarsium, multis *Kelpen*, meliùs *Taritz*, vel *Baritz*, ad
 Sauum Fl. non procul à confl.
 INTER SIRMIVM, Probi, Valentiniani, & Gratiani Impp. nata-
 libus clara ciuitas, totius Pannoniæ Metropolis ad
 quam Augustus classem habuit bello Dacico; Colo.
 Rom. Sirmis Iornandi. Dictam esse Zeugminum ob-
 seruat Nicetas Choniata, & situm esse castrum in
 Francochorio, scilicet eò vsque Franci ditionem
 Mm ij

- suam extenderunt: hodie *Sirmich*.
VOLCEÆ PALVDES, Dioni ad finem lib. 55. hodie lacus
Balaton.
ET **ALMVS MONS** *Arpatarro* in tabulis: Lazius ait quoque
ab indigenis vocari *Tarczal*.
S A- **VRPANVS**, & *Urphanus* Fl. cuius meminit Plinius *Saru-*
uyzze, aliter *Leesuyzze*, ad Albam Regalem.
Y V M. **Valdanus** Fl. *Valpo*, in Danubium cadēs infra Drauum.
Bacuntius Fl. *Sirmium* vetus alluens, fortè *Taguntia* in
vitâ *S. Seuerini*: *Bozuntha*.
METVBARRIS Infula in Sauo, amnicarum maxima Pli-
nio, hodie Infula *Zagrabia*, in quâ & oppidum *Bi-*
bar.

CAPVT III.

Diuisio Dalmatiae sub primis Imperatoribus, ex Plinio.

CONVENTVS SCARDONITANVS } Quem petunt Iapodes, & Liburnorum
ciuitates quatuordecim, quæ non nomi-
nantur.

CONVENTVS SALONITANVS	{	DALMATÆ	{	Diui-	{	Trecētas septuaginta duas.
		DECVNI		si in		Viginti duas.
		DITIONES		De-		Ducentas triginta nouem.
		MAZÆI		cu-		Septuaginta nouem.
		SARDIATES		rias		Quinquaginta duas.

CONVENTVS TERTIVS, SEV NARONENSIS,	{	CERAVNII	{	Diui-	{	XXIIII.					
		DAORSII				XVII.					
		DESITRATES				CIII.					
		DOCLEATES				XXXIII.					
		DERETINI				Diui-	XXIIII.				
		DEREMISTÆ					XXX.				
		vnde olim 89. ciuitates ius petebant postea populi 13.				{	DINDARII	{	De-	cu-	XXXIII.
							GLINDITRONES				XLIIII.
							MELCOMENII				XXIV.
							NAORSII				CII.
							SCVTARI				LXXII.
SICVLOTÆ	XXIV.										
		VARDÆI								

CAPVT IV.

Illyricum Constantini, seu ex Notitia Imperij.

§. I. *De Illyrico Occidentali Historica.*

ANTE Constantinum tempore Claudij secundi, Illyricum latissimè sumptum ad Euxinum & Thraciam extendebatur, cui Constantinus totam Græciam attribuit, sicque vt ait Iordanes Illyricum in octodecim Prouincias, vel vt vult Sextus Ruffus in septemdecim diuisit. Tum ea Regio in tributum pensitabat vinum ad vsum militum, equos quos emittebat præstantissimos, vnde Claudianus,

— *Illyricis sudant & equitibus ale.*

Et in 30. quæque arui iugera solidum ob vestem, seu clamydem debitam militi.

Ex quo autem partitum Imperium Ro. in *Occidentale*, & *Oriente*, duplex item Imperio vtrique cognomine extitit, sed *Oriente* retinuit præfectum suum Prætorij, *Occidentale* transiit in Vicariatum. Sub dispositione Præfecti Prætorio Italiae.

In hanc quoque Tabulam irrepserunt Rhætiae duæ, quæ pendunt ex Vicario Italiae, quoniam Tabula Constantiniana eas commodè capere non potuit.

§. 2. *Geographica descriptio Illyrici Constantini.*

PANNONIA
PRIMA
sub Præsede,

*partie de la basse
Hongrie vers
l'Occident.*

SABARIA, vbi residebat Præpositus thesaurorum, qui inde Sabarienses dicebantur: hinc sæpe commodissimè hibernauit Valentinianus: *Saruar.*

Scarabantia: *Scapring*, aut *Sopron.*

Vendobona: *Vienne en Autriche.*


Prætouium: *Pettau.*

Carnuntum: *Haimbourg*, aut *Cænobium S. Petro-nille*, vbi Diocletianus deposito Imperio hæsit.

PANNONIA
SECUNDA
Consularis,

SIRMIVM, vbi Præpositus thesaurorum, Procurator Gynecæi, fabrica Scutaria, Balistaria, & omnium armorum: *Sirmich.*

M m iij



partie de la basse
Hongrie vers
l'Occident, &
partie de Seruie.

Seruitium: *Gradiscia*, vbi aliquando fuit Præfectus classis Romanæ Sisciam translatus.
Taurunum: *Belgrade*, vltimum oppidum Imperij Occidentalis, vbi equites promoti præsidebant.

SAVIA
sub Correctore

l'Esclauonie, &
parties de Bossene
& Seruie.

SISCIA, vbi Procurator thesauri Sisciani, itémque monetæ Procurator: *Sisech*. In eam quoque translatus Præfectus classis Segestensium, quæ antea Seruitij.
Æmonia: *Laubach*.
Leonata, quid sit ignoratur, sed in Saviâ collocatur.

Sequens prouincia non computabatur, sed subiiciebatur Duci limitaneo, qui Barbaros ultra Danubium continebat. Ex eâ autem pulsi Marcomanni, & Quadi à Tiberio, hicque limes inter Barbaros & Romanos ab eodem constitutus. Dicta autem Valeria à filia Diocletiani, quæ nupsit Galerio.

VALERIA
sub Duce limitaneo viro spectabili,

vne grande partie
de la basse Hongrie
tirant vers l'Orient,
ou détour du Danube.

AQUINCVM: *Bude*, seu *Offen*, vbi Præfectus legionis secundæ Adiutricis excubabat sub Duce limitaneo. Hic quoque Auxilia vigilium trans Aquincum in Barbarico solo. Item fabrica Scutaria. Valentinianus in hac vrbe commoratus est post bellum contra Quados. Serbinum, vbi sit ignoratur, in Pannoniâ collocatur à Ptolemæo, & à quibusdam cum Seruitio non malè confunditur.

DALMATIA
sub Præfide perfectissimo,

la partie Orientale
de Dalmace,
parties de Bossene
& Seruie.

SALONA, *Spalatto*, vbi Præfectus thesaurorum Salonitarum, fabrica omnium armorum, & sedes Procuratoris, qui præerat Baphio in quo serica, & purpura Principis tingebatur.
Narona, aliter Narbona: *Narença*.
Epidaurus, *la vieille Raguse*, cuius ora oleis & vitibus egregiè confita.
Delminium magnæ vrbis tenue vestigium, *Denna*, seu *Damna*.

LIBVRNIA
sub Præfide,

IADERA, Ro. Colonia in Peninsula *Zara Vetchia*.

la Croacè, partie
de Vindifmark,
& un peu de la
Dalmace.

Scardona ad Titium Fl. prope *Sebennico*.
Metulum vrbs sita in monte Nemoroso: *Met-*
ling.
Senia: *Segna*.

NORICVM
RIPENSE
sub Præfide,

parties d'Autri-
che, & de Stirie.

LAVRIACVM: *Lorch*, vbi Præfectus classis, &
fabrica Scutaria, apud Anton. legitur *Blabo-*
riacum, mendosè.
Arelape, & *Arlape*, malè apud Anto. *Arelate*,
Pachlarn sur Erlap; Notitia Imp. meminit
classis *Arlapensis*.

NORICVM
MEDITERRANEVM
sub Præfide,

une grande partie de la Ba-
viere, & la Carinthie.

CELETA, Ro. Colonia *Cilley*, Præfidis
olim huius prouinciæ sedes, sicque
vrbs primaria.
IUVANIVM; ad Fl. cognominem qui
cedit in Oenum *In*, posterioribus
tèporibus præfidis sedes: *Saltzbourg*.

CAPVT V.

Descriptio Historica Dacia.§. I. *De Dacis in genere.*NVM. I. *Nomen.*

DACI olim etiam sunt dicti *Getæ*, nam Strabo lib. 7. *Getas* post *Sueuos* collocat, illòsque ad *Tyrigetas* extendit. *Plinius* à Græcis *Getas*, à Romanis *Dacos* appellari contendit, quod & *Dio*, & *Stephanus* asserunt. Apud *Iustinum* autem lib. 32. *Daci*, soboles *Getarum* sunt. Innuit tamen *Strabo* *Getas* à *Dacis* per *Catarractas* distinctos esse, & versus *Germaniam* *Dacos*, ad *Pontum Euxinum* *Getas* nominari. Vtrum autem *Daba*, aut *Day* dicti sint, negat *Strabo*, qui *Daos* ad *Hyrcanum* ablegat, asserit *Stephanus*: nominatos etiam *Dauos*, colligit ex comædiis *Strabo*, vbi *seruuli* sæpe *Getæ*, & *Dau* inducuntur: hinc quidam *Dauiam* effinxere, sicut & *Daniam*, quia *Cato* in originibus *Danos* eosdem esse cum *Dacis* scripsit. Appellati sunt quoque *Thracæ*: veteres enim, ait *Strabo*, credidere *Getas* *Thracicam* *Gentem* esse.

Scy-

Scytha dicuntur apud Herodotum, quâ voce utitur etiam sæpe Naso. Addit Epitheton Herodotus ἀθάνατοι *immortales*, quia non putabant se mori, sed ad Deum suum Zamolxim transire; Arrianus lib. 1. exped. Alex. ἀπαθανάτωτας nuncupavit. Suidas etiam suo tempore dictos *Patzinacitas* significat. Posterius & *Gepide* vocati, & regio *Gepidia*, primumque *Gepandas* dictos, quæ vox *Tardum* sonat apud Gothos, quoniam & ingenio, & corpore tardi erant, inquit Iornandes; vel ut ait Cluverius, quia longinquam militiam detrectarunt, & ad Venedicum sinum hæere maluerunt: postmodum tamen in Daciam transgressi sunt, inde fit, ut Procop. lib. 1. Γεννὸν ἔθνος φασὶ τοὺς Γόθους εἶναι.

N V M. 2. *Quantitas.*

DACOS utramque Danubij ripam incoluisse, & ad Hæmum montem extensos esse liquet ex Dione, & Mæfos etiam fuisse Dacos. Unde intelliges quid dicatur à Poëtis, duplex, aut uterque Dacus. Eutropius ait Daciam decies centena milliaria in circuitu tenere. Ptolemæus eam cum Mysia iunctam quoad *longitudinem* extendit à flexu Boreali Danubij ad Pterum Prom. igitur ad 5000. stadiorum; *latitudinem* à Scodro monte ad Carpathum item montem, ac proinde ad 3500. stadia.

N V M. 3. *Qualitas.*

QUÆCUMQUE de Daciâ, & Mysiâ cecinit Poëta Tomitanus 3. de Ponto Eleg. 1. & 8. de campis sine arboribus, de Absithiis pro herbis, de perpetuo frigore, sine ullo veris aduentu Poëticè dicta esse videntur. Certè Solinus Mysiam Cereris horreum appellatam esse à Ro. tradit. Et verò quomodo Mysia alere potuisset quingenta hominum millia ex Daciâ traducta, ut dicemus in Politia.

N V M. 4. *Mores.*

COLLIGUNTUR ex Ouidio 5. Trist. Eleg. 7. Truci sunt vultu, voce ferâ, comâ & barbâ hispidis; accincti semper ferro procedunt, semper cum arcu, & sagittis veneno illitis. Nullis legibus se adstringi sinebant, sed ius ense sibi reddebant. Pellibus induci

Parall. Geogr. Tom. II.

Nn

procedebant, quas in laxiores braccas malè concinnabant: Hæc *Ovidius*. De Dacis hoc quoque dictum nonnulli credunt à *Silio*,

*At gente in Scythicâ suffixa cadavera truncis
Lenta dies sepelit.*

Quidam inter Getas, ut ait *Posidonius* apud *Strabonem*, ab vxoribus omnino abstinebant & dicebantur *Κηραι*, ideóque colebantur ut facti, eos *Πλίσις* *Iosephus* vocat, & cum suis *Essenis* componit. Putant aliqui apud *Strabonem*, idcirco ab *Homero* dictos *ἄλκίς*, quia dimidia tantum ex parte viuerent *ἡμιτελῆ βίον*. Sed hoc conuellere nititur *Strabo*, & ex *Menandro* docet nonnullos eorum non fuisse contentos decem vxoribus: immo ex eo quod *Religiosi* dicuntur, non caruisse vxoribus, quod ineptâ ratione probat.

N V M. 5. Religio.

ZAMOLXIS quidam Geta *Pythagoræ* famulus fuit: is reuersus in patriam acceptissimus fuit Genti, atque proceribus, quòd ostentorum cælestium euenta præmonstraret. Quare & Regi suasit ut se eligeret collegam regni, ut ei denunciaret quæ diis placuissent. Ita primus est Sacerdos creatus *Zamolxis*, eius Dei qui apud Getas colitur, & deinceps Sacerdotes Regi à consiliis fuerunt. *Strabo* lib. 7.

N V M. 6. Politia.

SVB *Orole* Rege cum aduersus *Bastarnas* malè pugnauissent, in ultionem segnitiae capturi somnum capita, pedum loco, ponere coacti sunt, & suis vxoribus famulari, donec acceptam ignominiam delerent, *Iustin.* lib. 32. Ab *Alexandro* bello appetiti, & eorum vrbs incensa, *Arrianus*. Sub *Alexandri* successoribus *Dromichares*, vel *Dromichetes* *Lysimachum* viuum cepit, & ei comonstrata Gentis paupertate hospitium præbuit, monuitque ne tales inuaderet, sed amicos haberet, *Strabo* lib. 7. Paulò antequam à Romanis inuaderentur Regem habuere *Bærebistam*, qui & vicinis, adeóque Romanis terrori fuit; tantæque auctoritatis, ut cum iussisset vites excindi, & suos abstinere vino, ei subditi paruerint. Vfus est autem operâ *Cenci*, cuiusdam *Ægyptij* præstigiatoris, qui & pro Deo tantum non habitus est. *Bærebistâ* autem in seditione cæso, distrahi cœperunt *Daci*; quare cum antea ducenta

hominum millia sub signis haberēt, appetiti bello per Augustum, vix 20. millia eduxerunt, sicque facillè subacti sunt. Tum eis datus Præfectus Flaccus qui eos in officio continuit, inquit *Naso*. Deinceps sub Domitiano exorta bella, quæ Traianus omnino profligauit, deuictō rege Decebalō: & tum Dacia in formulam provincie redacta est. Sub Augusto porrò per Ælium Catum, vel vt alij malūt, Licinium Crastum ex Getis quingenta millia traducti sunt intra Danubium, vbi & dicti Mæsi. Ab Ælio quoque Plautio Mæsiæ proprætore plusquam centum millia Trans-Danubianorum cum coniugibus & liberis transportata esse colligimus ex inscriptionibus Smerij.

§. 2. De illustrioribus Daciæ populis.

N V M. 1. Mysi, dicti & Mæsi origine Thraces sunt, & Posidonius apud Strabonem ab Homero putat Thraces *Mysos Europæos* appellari: quod Strabo non improbat, licet Homeri locus eos tantum coniunctos ostendat. Et verò eiusdem linguæ cum Thracibus fuere Mysi, inquit *Strabo*; sed dubitat verum Asiatici ab Europæis acceperint nomen, an vice versa; cum tamen hoc ipsum prius asserere visus esset.

Abstinent autem Mysi ab animalibus pietatis causa, sed potissimum ab ouibus; & melle, caseo, lacte victitant, otiosi ferè semper, sacrificiis addictissimi, vnde *Καρποβάται* dicti quasi *scapsores fumi*. Fortissimè depugnabant, quare ab Homero *ἀγχιμαχοί* nuncupantur *Cominus pugnantes*: neque vnquam rapi sua patiebantur *Σπορθητοί*.

Item cum apud eos equi coibant, vnus quasi hymenæum canit, & suauitate cantus equæ delinitæ mox fiunt grauidæ, & pullos pulcherrimos pariunt: *Ælianus*.

N V M. 2. Triballi à Scordiscis olim pessimè affecti sunt, & ad Getas supra Istrum confugere coacti, *Strabo*. Nihilominus resumpsisse animos arguunt bella cum Philippo, & Alexandro gesta. Tempore autem Appiani gens illa erat *ἔρημος*, & *ἀνώρυμος* *deserta*, & nullius nominis: sic de illâ loquitur in Illyricis.

N V M. 3. Dardani fuere admodum agrestes, vt pote qui subter sterquilinia effossas speluncas incolerent. Musicæ tamen semper operam dedere, semperque vsi sunt fistulis, & instrumentis quæ

fidibus intenduntur, *Strabo*. Ter tantum in vitâ lauantur Dardani, post partum, cum nuptias ineunt, & cum mortem obierunt, *Ælianus cap. 1. lib. 4. variarum*. Cum Scordiscis iuncti Macedoniam, & Græciam depopulati sunt, immo & Delphicum templum Apollinis inuaserunt, vnde cum damno repulsi sunt. Cum eos inuadere cogitaret Lucius Scipio, auro corruptus fœdus cum eis pepigit, vnde initium bellorum ciuilium credit exortum esse *Appianus in Illyricis*.

N V M. 4. Scythæ in inferiori Mœsiâ collocantur, quam Iordanes *Minorem Scythiam*, Zosimus *Scythiam Thracensem*, Plutarchus *Scythiam Ponticam* dixere, vt & eius incolas, *Celto-Scythas*. Ab Homero dici videntur *Διγαίοτατοι*, & Ephorus tradit ex eâ gente natum Anacharsidem. Idem Homerus *εὐρύμυς* appellauit, qui omnia habeant communia, etiam liberos, & vxores, præter gladium & poculum. Erant præterea simplices, ac minimè fraudulentæ, ideóque fortè dicti *ἄλιοι*, sed à vicinis deprauati sunt nonnihil. Hæc *Strabo lib. 7*. At *Plinius lib. 4. cap. 11*. innuit hos Scythas Arotæres dictos esse: videlicet quia terram arabant contra aliorum Scytharum viuendi rationem.

N V M. 5. Iazyges Metanastæ origine sunt Sarmatæ, vt ostendimus in Sarmatiâ: qui cum eam occupassent regionem, & patrium seruarent morem, vt curribus impositi nouas subinde mutarent sedes, dicti sunt *Μετανοῦντες*, hoc est *domicilia mutantæ*, seu *habitationem*: & eorum vestigia remanent in regiunculâ Transylvaniæ quæ adhuc *Ias*, vel *Iazaph* appellatur. *Iazis* etiam ab Ouidio dicitur in singulari 4. de Ponto.

§. 3. De Danubio.

N V M. 1. Nomen.

PRIMUM dictus est Seythicâ lingua *Ματοας*, que vox *ἄσπις* *innocentium* sonat, quòd sine periculo transmitteretur: sed cum semel in eo cladè accepissent Barbari homines cum *Δάβριον*, seu *Δάβριον* appellarunt: certè τὸ *Δάβριον* ex Plutarcho apud Macedonas *Mortem* sonat. Cato in originibus dictum esse vult à Danis qui iidem sunt cum Dacis: alij recentiores metathesi *Danouim* pro *Abnouim*, ab monte Abnobâ Germaniæ vnde existit: alij denique à voce Saxonica *Tonau*, seu *Sonitu*.

NUM. 2. *Mutatio nominis.*

POSTEA QUAM longius decurrit nomen amittit suum, & vocatur *Ister*, vel ab Istro Rege ut vult *Berosus*: vel à Regione Istriâ supra Thraciam quam præterlabitur, ut vult *Solini interpret*, vel denique Bessorum lingua sic appellatur *Ister*, qui antea Danubius: communiter à Poëris *Binominis* dicitur.

Sed ubi hæc variet nomina, non est levis difficultas, qua de re video antiquos in 4. sententias esse distractos.

1. est Strabonis, qui catarractas Danubij facere hanc nominum variationem asserit: sed lapsus est cum eas inter Dacos & Geras collocavit, cum Budam usque in Danubio nullæ catarractæ sint, quod falsò credidit Niger. Itaque recurrendum Straboni ad eas quæ infra Lintium Austriacum videntur quæ à Suidâ descriptæ sunt in voce, *Catarractæ*.

2. opinio est Ptolemæi qui ab vrbe Axio, seu Axiopoli ad Euxinum, Istrum vocari ait.

3. Plinij dici Istrum ubi primùm Illyricum attigit: sed ubi gentium porrò? certè si Illyricum sumatur, quatenus non includit Noricum, Plinius cum Strabone sentit; si Illyricum strictè sumatur, Appiano adstipulatur.

4. denique est Appiani, qui Danubium credit Istrum appellari ubi Sauum recepit, certè Sauus in eum tanto imperu ruit ad Belgradam, ut eum sorbere videatur.

NUM. 3. *Ostia.*

OSTIA item vario numero à scriptoribus proferuntur.

Prima opinio, ei quinque ostia tribuit: ita Arrianus in Periplo Euxini, & lib. 1. & 8. Exp. Alex. Herodo. lib. 4. Ephorus, Eratosthenes apud Strabonem, Claudianus

Thracia quinque vadis Istrum vocat.

Auuenus idem quoque sentit.


Secunda opinio, sex; ita Plinius, Tacitus, Ptolemæus.

Tertia opinio denique, septem: sic Strabo, Amm. Marcel. Solinus, Mela, Ouid. qui ideo eum septemplex dicit.

Nomina autem tantùm sex illa referuntur, à variis auctoribus, progrediendo à meridie in Septentrionem.

	AM. MAR. CELLIN.		PLINII.		PTOLEMÆI.
1	Sacrum	1	Peuce seu Sacrum	1	Sacrum seu Peuce
2	Naracu- stoma	2	Naraco- stoma	2	Inariacium
3	Calousto- ma	3	Calosto- ma	3	Pulchrum ostiū seu Calon
4	Pseudo- stoma	4	Pseudo- stoma	4	Pseudostomon
5	Boreou- stoma	5	Boreosto- ma	5	Boreum ostium
6	Schenosto- ma	6	Spiro- stoma.	6	Thiagola.
7	Nigrum & palustri specie.		Plinius & Ptolemæus sex tantum admittunt.		

DA- CIA	LATE SVM- PTA.	MYSIA	DACIA	}	DACIA RIPENSIS.
			VERA		DACIA MEDITERRANEA.
					DACIA ALPESTRIS.
		IAZYGES- METANASTÆ	}	PARS BOREALIS.	
				PARS AVSTRALIS.	
			}	SVPE- RIOR	DARDANI. TIMACHI. TRICORNESI. MYSI.
				INFE- RIOR	TRIBALLI. SCYTHÆ. CELEGERRÆ.



Geographica descriptio Dacia.

§. I. Dacia vera.

R I-
PEN-
S I SQuel-
ques pe-
tites
parties
de la
haute
Högrie,
Transyl-
uanie &
Rasie.Zurobara, seu Zarobara: *Temesuar.*Lizifis: hodie rudera, locúsque dictus *Laorzalos*, Lazio.ZEYGMAC Rithämerus, & Altamerus putant nunc dici
Clausenbourg, Lazius verò credit esse *Zaxsebes* Hun-
garicè, Germanicè *Mulenbach*.Druphegis: *Cheio*, vt credit Marius Niger.Tibiscum: Præpositura *Titul* Lazio.Tibiscus Fl, Ptolemæo, Pathyflus Plinio, Parthiscus
Ammiano: suspicatur Ortel. esse *Τίβιον* Herodoti,
Cedrenus vocat Tiffum: hodie *Math. Michouienfis*
putat vocari Titiam, vulgò *Cisa*, Lazius & *Wernherus*
Teiffa.Marifus Fl. Marifcus Straboni, aliter Parisus, Marus
Taciti, Amorois Plinij, aut Morus, fortè Herodoti
Maris: hodie *Maros*, *Marons* Hungaricè, Germanicè
Macrisch: eo vsos Ro. tradit Strabo ad omnia subue-
henda necessaria ad bellum Getis inferendum.M E-
D I-
T E R-
R A-
N E A
dicta &
V E-
R A
G E P I-
D I Ala plus-
part deZARMISOGETVSA, seu Zarmigerusa; in nummo dicitur
Col. Vlpia Traiana Zarmis. Vnde aliqui vocem trun-
catam, integram faciunt: sita erat ad Fl. Sargetiam, in
cuius alueo deriuato suos thesauros occultauerat De-
cebalus: ruinae hodie dicuntur *Veczel* & *Venetia* Sam-
bucò, *Valhel*, & *Gradisca* Lazio: Auentinus putat esse
Coronam *Cronstad*, perperam.Tapæ cuius meminit Xiphilinus, *quid sit ignoratur.*Acmonia: *Seuerino* Do. Mario Nigro.Tiriscum, & Taros dictū Ptol. Latino, hodie *Taro* Lazio:
Succi, vbi angustia & claustra Succorum; hodie muni-
mentum *Turchzuest* Lazio.Marcodaua: Lazius putat esse *Marcozeil*, alij *Meczies*:
& alibi dubitat vtrum non dicatur hodie *Fikisa*.

PA-

in *Transylvanie*, & quelque peu de la haute Hongrie.

PATRVISSA, vel *Patrouiffa*, Lazius in Rep. Rom. putat hodie esse quæ ab Hungaris *Brassoua*, ab indigenis *Cronstad* appellatur.

NENTIDAVA, Lazius loco iam laudato, credit Germanicè dici *Nossenstad*, Hungaricè *Bistricia*.

Napuca: existimat Lazius esse *Busa*, aut *Busaten*; alij *Colofuar*.

Augustia: hodie *Custi* Lazio.

Vlpianum Daciæ, *Vlpiana* vrbs Procopio, villa Iordan-di, in Illyrico collocata, scilicet latè sumpto; quidam *Albam Iuliam* putant, malè; meliùs Niger *Czanadre*.

ALBA IYLIA: sic dicta à Iuliâ Augustâ M. Aurelij Imp. matre, vt ex inscriptione huius vrbs liquet, antea *Apulum*, & *Col. Apulensis*, vt credit Lazius, hodie Germanicè *Vveyssenbourg*, Hungaricè *Gulafciruar*.

Singidaua: vbi fuerit ignoratur.

ALPES-TRIS sic dicta ab Hæmi montis, ad Carpathum productione, quam ALPES dixeret veteres,

Phrateria, vel *Frateria*, Nigro *Iurgano*, Lazio *Zazara* ab Hungaris, ab incolis *Brossa*.

Pinum: Lazio *Vvincz*, Nigro *Phistona*.

Sornum: *Seruny*, à quo non procul vestigia Pontis Traiani.

Tiasum: *Diod* Lazio.

Pirum: *Birthalmen* Germanis, *Berthalom* Hungaris.

Rhamidaua: *Repicza* Lazio.

Zusidaua Lazius credit hodie dici *Gabulacium*. in *Seruiâ*, seu *Rasciâ*.

PALODA diruta, vbi nunc *Campi Blechisfeld*, ita Lazius, & eius coniectura probatur ab omnibus.

Vtidaua: hodie *Vtuarhel*, hoc est *Vtidauæ* rudera, vt indigenæ loquuntur.

Petrodaua, seu *Petridaua*: *Petersdorff*.

Sandaua: *Schesburg*.

Carfidaua: *Kuryma* Lazio.

Triphulum: *Philefia*.

in *Valachie*, & la *Moldanie*.

§. 2. *Iazyges Metanasta.*

PARS (Viscenum, aliter Viscenum: *Zensuc*.

BOREA Gormanum, seu *Gormanû*, hodie *Zemlyn*, vel *Vamos*.

Parall. Geogr. Tom. II.

00

- LIS,** } Dociraua: *Hunguar.*
une partie } Trissum: *Agria.*
de la haute } Parca: hodie *Poltar*, ad lacum ex quo prodit Fl. *Tpol*,
Hongrie. } qui postea cadit in Granum.
- PARS** } **TRANSACINCVM**, vbi Equitum ala, ad Barbarorum
AV- } impetus, aut coërcendos, aut præueniendos: ho-
STRA- } die vulgò creditur *Pest*; quia Aquincum est *Buda.*
LIS, } Parthiscum: hodie *Bath-Monsior.*
une partie } Romulianum vbi Galeni Imperatoris sepultura: ita
de la haute } dicta vrbs à Romulâ eius matre; ad Tibiscum Flu-
Hongrie. } uium sita est, & à quibusdam creditur *Azomsal.*
 Singidonum: *Seged*, vbi Mariscus Fl. in Tibiscum
 cadit.

§. 3. *Mysia, seu Mæsia.*NVM. I. *Mysia superior.*

- DAR-** } **NESSVS**, Zosimo *Nassos*, Nisum *Curopolata*, hodie
DANI } *Nyssa* in *Seruiâ*.
partie Me- } **Scupi, & Scuppi**: hodie *Scopia*, seu *Vschup*, Galli-
ridionale } *cè Vscopie.*
de Seruie, } **Arrhibantium**: *Vvuziterno* Lazio.
& une par- } **MONS SCODRVS** Ptol. *Scardus* Straboni, *Codrus* Li-
tie de Bul- } uio; hodie *Marinay.*
garie. } **Dardaniæ** vrbs meminit *Tzetzes* in *Lycophonem*,
 sed commentum Græculi hominis existimatur.
- TRI-** } **TRICORNIVM**, Antonino *Turium*, aut *Dorium*, La-
COR- } zio *Corasceue*, Nigro *Columbatz.*
NESII } **VIMINATIVM**, *Biminatium* *Procopij*, fortè eadem
la partie } cum *Insulâ Viminacio*, cuius meminere *Paulus*
Meridio- } **Diaconus**, & *Niceph. Callistus*. *Niger* putat ho-
nale de la } die *Vidino* dici ad *Danubium*, Lazius *Vvuczider-*
Rascie. } *na.*
Tanatis: *Terriana* Nigro.
Eteta: *Rocana* eidem.
- TIMA-** } **Timacum** fortè ad Fl. cognominem, cuius meminit
CI } *Plinius*: quid sit uterque ignoratur, sed in *Mysia*

partie de Serbie, & de Bulgarie. } superiore collocantur.
 Orrea, seu Orrhea, quam Anton. Horreum Margi vocat; fixa erat ergo ad Fl. Margum.
 Margum oppidum, & Murgum vbi Carinus Imperator occubuit, Planum cognominatum inter Viminatum, & Aureum montem: *omnino perit.*
 Vendonis: fortè hodie *Vidino* Mediterranea.

MYSIA } RETIARIA Mysorum cognominata, apud Anto. Legio XI V. *Ressana* Lazio, *Nicoboli* Nigro.
 partie de Rascie, & de Bulgarie le long du Danube. } VLPIANVM, restauratum à Iustiniano Imperat. inquit Procop. 4. de *Ædif.* & ab eo dictum Iustiniana Secunda: *Pyrothij* hodie.
 Velanis, vel Vellanis: *Larzij* Lazio dicitur.

NVM. 2. *Mysia inferior, seu minor Scythia.*

SCYTHÆ } TOMI: Ptol. & aliis vulgè, *Tópus* Strab. *Tómevs* Stephano, exilio Nasonis celebris: Nigro *Constantia* dicitur, Cælio Calcagnino *Tomesuar*, nomine non abludente. Ciofanus tamen hodie *Kioniam* appellari contendit ob lacum vicinum *Onidouue-Iezero*, hoc est *lacus Ouidij*. Hanc urbem alluit Fl. Naxius, vt vult *Ælianus*, quem aliqui putant dictum etiam *Abfarum*, & *Ægialium*, & hîc credit *Arrianus* in Periplo Euxini, *Medeam* fratrem suum discerpisse, vnde vrbi nomen inditum.

la partie de la Bulgarie vers les embouchures du Danube. } CALLATIA Ptol. *Callacis* Anto. *Calatis* Strab. & *Plin.* *Arriano* *Callantra*: hodie *Kilia* Lazio, Nigro *Pandalla*.
 DIONYSOPOLIS, antea *Crunnos* dicta, *Varna* Iouio, *Chaliacra* Lazio; sita est ad Fl. *Ziram*.
 ISTROPOLIS, *Ister*, & *Istria*, *Historium* fortè *Antonini*, eius incolæ *Istiani*: Nigro *Grossca* est, *Castaldo* *Stranico*.

Tibisca: *Sophia* Nigro dicitur.

NOUIDUNUM, *Noviodunum* *Amm.* quod collocat in *Grutingis*, vbi *Danubius* in ostia effunditur: ibi *Ant.* legionem 2. *Herculiam* locat, lib. *Not.* 1. *Iouiam*; vbi fuerit ignoratur.

- DINOGETIA, Anto. Dimiguthia, lib: Not. Dirigo-
thia: *Drimago* Nigro.
- Trosmis, & Trismis, vbi Ant. 1. Legio Iouia Scythica,
lib. Not. Legio 2. Herculiana: *vbi fuerit nescitur.*
- TRIBALLI OESCUS Triballorum dicta ad Oescum Fl. Pli. ex mon-
te Rhodo profluentem: *Blida*, Nigro, *Traiectum Bu-*
dini Lazio, aliis *Isch*, seu *Ischar*.
- BALANOVÆ, Iornandi Eustesium, id est Nouas, & ciuitas
L I Nouensis, vbi leg. 1. Ital. Anto. *Neuomont* Lazio.
- vnebonne partie de la Bulgarie referée entre le Danube & la Romane.* Tirista, vel Tiristria, vel Tiristris, Straboni Ceterizis
Lysimachi cognomine, Tetrifia Arriano; hodie *Sili-*
stria fortè.
- DYROSTORVM, vel Durostolon, & Dorostorus, & Do-
rostenæ, fortè Rhodostolon Curopalata, hodie *Dora*
Lazio; alij nomen retinere aiunt *Dorostoro*.
- Tromarisca, Ant. Transmarisca, hodie *Murice*.
- Axiopolis, & Axium: *Galacz* Lazio, *Colanamik* Oliua-
rio in Melam; fortè nomen retinet *Axiopoli*.
- NICOPOLIS Iornandi ad Fl. Iatrum ad quem ab eodem
accuratè describitur: *Nicoboli* hodie.
- Succidaua, & Sucidaua, Anto. Sacidaua; *vbi sita fuerit*
non satis liquet.
- CELEGERI ODYSSEVS, seu Odeffus, & Vdissus, putat hodie Niger
esse *Varna*, quæ apud Cedrenum appellatur *Barna*.
- Panyfus Fl. seu Pamyfus, Nigro *Laniza*.
- Mesembria, seu Mesambria, ἠμυανδον vocat Tzetzes
ex Ptolemæo, ineptè: antea vt vult Strabo Menebria
dicebatur: *perit*.
- HÆMVS MONS *Aïnos* Straboni, *Aïnos* Ptol. cuius pars
versus Thraciam dicebatur *Scomios*, quia ait Thucyd.
Hebrum & Nessum ex Scomio monte fluere, fortè is
idem Sombro Aristotelis est. Ab Italis, hodie *Cate-*
na mundi, & Monte *Argentaro* nominatur, *Balkay*
Turcis, *Cumoneza* Slavis, Cuspiniano *Costenazzo*, La-
zio *Krinicze*.

CAPVT VII.

Dacia Constantini, vel melius, Illyricum Orientale & Thracia.

§. I. *Historica descriptio.*

COGIMVR hæc omnia in Tabulam vnam ducere, quia in hac diuisione Dacia ægrè à Macedoniâ reuellitur; Mysia autem Thraciæ Diœcesi implicata est.

DIOECESIS THRACIÆ in sex prouincias diuisa fuit, quibus præfuit Vicarius sub Præfecto Prætorij Orientis, cuius & ipse gerebat vices. Hunnis eas regiones depopulâtibus duo adhibiti sunt Vicarij, sed amoti quia suis dissensionibus omnia turbabant. Dicebatur hic Vicarius vir spectabilis. In Scythiâ quoque Dux fuit Scythici limitis cum equitibus quibus oram illam tuebatur, & aliquando Mœsia 2. cum equitibus 700. peditum 9000. defensa est: sed eæ copiæ videntur fuisse totius Diœceseos. In eâ parte Mœsiæ vitium inciso grauius multabatur, ob crebriora maleficia.

Sub Præfecto Prætorij Illyrici duæ Diœceses, duoque Vicarij Dacia, & Macedoniæ, quorum insignia non recenset Notitia, quoniam hoc tempore à Barbaris ferè occupabântur, aut vastabantur. Item in vtraque Diœcesi includebatur Macedonia salutaris quæ Præsidem habebat suum, atque ita dicebatur ob aquarum salubritatem, vulgè autem accensetur Epiro Nouæ, & Præualitanæ. Cùm autem Præf. Præt. Illyrici antea Sirmij resideret, translatus est Iustinianam primam postquam Slauos Iustinianus domuit in Illyrico, vt eam urbem patriam suam instaurauit.


DIOECESIS DACIÆ Vicarium suum habuit, qui regiones illas 800. equitibus, & peditibus septies mille defendebat, & diu Vicariis caruit, Barbaris eam obtinentibus.

DIOECESIS MACEDONIÆ, quæ aliquando GRÆCIÆ dicitur à duobus magistratibus regebatur, Proconsule & Vicario, hic Macedoniam administrabat, ille Achaiam, sed ferè vni viro clarissimo duo illi magistratus committebantur.

§. 2. Geographica descriptio Daciae Constantini.

NUM. I. Diæcesis Thraciæ.

- EVROPA
Consularis,
*les environs
de Constan-
tinople.*
- CONSTANTINOPOLIS, licet huius prouinciæ finibus inclusa, Vicario tamen huic non parebat, sed Præfectum vrbs habebat, eiusdem auctoritatis cum Præfecto Prætorij: *Constantinople*, Turcis *Stamboul*.
Aytis, quid sit ignoratur.
Perinthus, quam Heraclea posteritas dixit.
- HÆMIMONS
sub Præside,
la partie de Romanie tirant vers le Capilli Derbens.
- HADRIANOPOLIS: *Andrinople*, magna vrbs ad confluentias multorum Fluminum in Hebrum, Deciorum patria, de qua plura in Thraciâ.
Achialon magna ciuitas.
Vscudama, malè hîc additur à Pancyrolo, cum sit eadem cum Hadrianopoli.
- THRACIA
Consularis,
partie de Romanie, qui auoisine la Bulgarie, & la Macedoine.
- PHILIPPOLIS, postea & Trimontium ad Hebrum: cum à Fritigerne excisa est 100. hominum millia capiebat: *Philippopoli*.
Eumolpias, quam aliqui cum superiore confundunt, distinxit Am. Marcel. fortè Nicopolis ad Nessum.
Bercea, postea Irenopolis dicta ab Irenâ Imperatrice.
Draſdea in qua excubabat Cohors tertia Valeria Baccarum, quæ fortè Pannoniorum fuit.
Mons Viamata, ad cuius radicem excubabat Cohors prima Aureliana, alij montem hunc Marmaram appellari volunt.
- RHODOPE
sub Præside,
- MAXIMIANOPOLIS, à Maximiano condita ad Rhodopen: *Maximianopoli*.
Traianopolis ad Hebrum Fl. *Traianopoli*.
Ænus de qua in Thraciâ, hodie *Eneo*, seu *Eno*.
Abdera *Polystilo*, vel *Asperosa*.
Maronæa de qua pluribus postea: *Marogna*.



la partie de
Romanie
sise le long
de l' Archi-
pel.

Zebui, seu Zeruensium Colo. quam aliqui confun-
dunt cum Traianopoli, quia hanc deduxit Traianus.
Vlucitra in quâ cohors quarta Gallorum excubabat.
Longus Murus, quò concessit Præfectus Prætorio Il-
lyrici Barbaris in Illyrico debacchantibus.
Sestos: *un des Chasteaux, ou vne des Dardanelles.*

SCYTHIA
sub Præfide,
& aliquan-
do sub Cor-
rectore,
la partie de
Bulgarie en-
tre Capilli
Derbent, &
les bouches du
Danube.

TOMI: *Tomesuar, Constantia, aut Kiouia.*
Dionysopolis: *Varna, aut Chaliacra.*
Axiopolis: *Axiopoli*, in qua milites superuentores
dicti excubabant, quia hostem de improviso ag-
grediebantur. Zonaras in Basilio Porphyrogene-
ta, ait dictum Axium Bardarium.
Capidaua vbi Cuneus equitum Solensium.
Cium vbi Cuneus equitum Stablefianorum.
Arrubio, vbi equites Cataphractarij.
Telamonium vbi Cuneus equitum Arcadum.
Ægissos, vbi Cuneus equitum Armigerorum.

MOESIA

MARTIANOPOLIS, à sorore Traiani Imp. sic dicta,
clara Hibernis Imperatorum: hodie *Prouaz.*
Durostorus, & Driftra vbi legio XXI. Claudia,
imò & I. legio Italica.

SECUN-

Dunum, vbi Cuneus equitum Solensium.

DA

Appiaria, vbi Cuneus equitum Scutariorum, &
milites tertij Naularij, hoc est qui naues seque-
bantur.

sub Præfide,

Prista, Ptolémæo Tirista, vbi Cuneus equitum
Armigerorum.

le milieu de la
Bulgarie.

SECVRISCA, vbi Cuneus equitum Scutariorum,
itémque equitum Stablefianorum; immo &
Dux Scythiæ, ampla ergo ciuitas quæ duos Du-
ces caperet.

Tegra, vbi Cuneus equitum Hermundurorum.

Transmariscum, vbi milites Nouenses.

Nouæ, & Eustesium postea Theodosiopolis, & aliz
de quibus consule Notitiam Imperij.

NVM.

NUM. 2. Diœcesis Dacie.

MOESIA PRIMA
sub Præsîde,
*la partie de la Rascie au de-
cà du Danu-
be.*

VIMINATIVM, vbi Præfectus classis Istricæ; hîc dictus Cæsar Antoninus à patre Seuero; hîc etiam sæpe hibernavit Diocletianus.
Tricornium, vnde Tricornesij, vbi Cuneus equitum Sagittariorum, & Auxiliares Tricornienses dicti, & Auxilium Aureo-montanorum.
Aureus Mons, vbi Cuneus equit. Dalmatarum.
Margum, seu Meargum, planum cognominatum, vbi Auxilium Margense.
Singidunû, vnde Constantius aliqua iura rescripsit.
Vide reliqua loca in Notitiâ, hæc enim præcipua sunt.

DACIA RIPENSIS
sub Præsîde,
*la partie Occidentale
de Bulgarie le long
du Danube.*

OESCVS, ad Fl. cognominem, qui Danubio miscetur, Triballorum olim caput, vbi auxilium Mariensium.
Ratiaria, melius Rettaria, vbi Præfecturæ Legionis XIII. Geminæ.
Reliqua vide in Not. Imp. vbi multa loca notantur.

DACIA MEDI-
TERRANEA
Consularis, *partie
Meridionale de Seruie.*

NESSVS, ad Fl. cognominem, nunc Nessuam: in huius vrbis suburbiiis Valens & Valentinianus Palatina officia partiti sunt: hodie *Nyssa en Seruie.*

DARDANIA
sub Præsîde, *partie plus
Meridionale de Bulgarie.*

SCVPI in Orbelo Monte, in finibus Dardaniæ, & Macedoniæ, hodie *Vschup*, seu *Vscopie.*

PRÆVALITANA
sub Præsîde,
CVI ADIVNGITVR
PARS MACEDONIÆ
SALVTARIS
*partie de Dalmace, &
d' Albanie.*

IUSTINIANA PRIMA, à Iustiniano inde oriundo, cùm priùs Achredo diceretur, in excelsò monte supra lacum Lichnedum, aliter Bassaritim, dicitur & Regia Bulgaricæ, & in Tauresiâ Regione parte Dardaniæ collocatur à Procopio; fortè hodie *Ochrid*.
Scodra, arx quondam & caput Gentis Illyricæ: *Scutari.*

NUM. 3. *Diœcesis Macedoniae.*

- MACEDONIA
PARVA
Consularis,
Iamboli.
- THESSALONICA: *Salonichi*, ad quam confu-
git Præfectus Præt. Illy. Barbaris in eius di-
tionem sœuientibus.
Stagira, hodie *Libanoua*.
Pella, Regia olim ciuitas, sed plurimum de-
creuit: *Seniza*.
- EPIRVS VETVS
II. ET INFERIOR
sub Præfide, *partie*
Meridionale d' Albanie.
- NICOPOLIS, victoriæ Actiacæ monimen-
tum: *Preueza*, vel *Preueza*.
Ambracia, vnde sinus nomen hodie *Lar-
ta*, vel *Arte*, aut *Arta*.
- EPIRVS NOVA, PRIMA,
ET SUPERIOR sub Præfide,
CUI ADIUNGITVR PARS
MACEDONIÆ SALVTARIS,
partie Septentrionale d' Albanie.
- DYRRACHIVM, olim Epidamnus,
traiectus ex Brundusio: *Durazzo*,
nobis *Duras*.
Apollonia perantiqua ciuitas, no-
men hodie retinet.
- THESALIA
sub Præfide,
Camenolitari.
- LARISSA, cognominata Pensilis *χρημασι*, ad dif-
crimen alterius: hodie *Larizo*.
Demetrias, antea Pagasæ: hodie nomen seruat
Dimitriada.
- ACHAIA
PROCONSV-
LARIS,
*la Liuadie, &
la Morée.*
- ATHENÆ: *Setines*:
Patræ, vbi aliquando Proconsul ius dixit: *Pa-
tras*.
Lacedæmon: *Musihra*.
Corinthus: *Coranto*, in Isthmo.
- CRETA
Consularis,
*l'Isle de Can-
die.*
- GNOSSVS ad Fl. Ceratum: *Cinosa*.
Gortina ad Lethæum amnem: *Gurtina*.
Cydon ad ostia Pycni Fl. aliter Cydonia dicta: *la
Canée*.



LIBER SECUNDVS.

*De Magno Hungaria Regno, seu Regionibus olim
Hungarico Sceptro subditis.*

Ic appellamus Regionem illam quæ Germaniâ, Poloniâ, Italiâ, & Græciâ restringitur, quia id totum fuisse Hungarici iuris, ex historiâ Hungaricâ intelligimus. De Sclauoniâ maiori liquet, cuius etiam pars nondum ab eo reuulsa est, & Iaderensis Comitatus Venetis est veditus ab Rege Hungariæ. Seruia quoque & Boffena Hungaros agnouere antequam iugum Ottomanicum reciperent. Bulgari sæpe cum Hungaris depugnarunt, & ab iis subiugati sunt. De Transyluaniâ, & Valachiâ, tam certum; vt ne quidem aliqui Poloni dubitent; quamquam in eas prouincias aliquid sibi iuris vindicent.

Nos autem Hungariam Magnam vocamus, quod alij REGIONES ISTRICAS eruditè nuncupant, tractum illum porrectum secundum *longitudinem* ab ostio, aut oppido *Fiume*, Italico limite ad Kiliam veterem in ostio Istri; secundum *latitudinem* verò ab ostio Fl. Drini vel Lodtrini Albanix termino, ad montem Carpathum. Ac proinde *longitudo* hæc complectitur Milliarum Italica 780. Francicas leucas 390. Hungaricas 182. Bulgaricas 195. *Latitudo* verò continet Milliarum 420. nostrates leucas 210. Bulgaricas 105. Hungaricas 98. Nunc de singulis prouinciis, seu Regionibus aliqua notabimus priusquam earum Geographiam proponamus.

CAPVT PRIMVM.

Historica descriptio.§. I. *De Sclauia.*NUMERVS I. *Nomen.*

ALITER *Sclauonia*, à *slauis*, seu *slauinis*, accepit nomen, de quibus in Poloniâ diximus; Germanicè dicitur *Vindischland*,

Pp ij

300 DE MAGNO REGNO HVNGARIÆ,
hoc est regio *Vinidorum*, quia *Vinidi*, seu *Venedæ* cum *Slavis*
iuncti eò penetrarunt. Olim autem complectebatur *Croaciam* &
Dalmatiam, nunc fluminibus *Sauo* & *Drauo* restringitur.

N V M. 2. *Qualitas.*

AER hîc serenissimus; terra miræ fertilitatis, quia fluuiis egre-
giè eluitur: vnde, quod mirum, inter *Turcicos* tumultus frumen-
to, pecore, & armentis diues.

N V M. 3. *Mores.*

ANTIQRORVM *Slauorum* mores ex libro 3. *Procopij* de rebus
Gothicis repetes, ex quo hæc pauca. Omnes ferè subruffo capillo,
neque callidi, neque malitiosi: peregrinos humaniter accipiebant,
in quos omnia sua liberaliter effundebant, ex quâ profusione pen-
debat corum fortitudo apud populares: immo hæc, furta excu-
sabat. Si quis autem domo suâ exclusisset hospitem, domus eius à
quouis poterat inflammari. Degebant in casis vilioribus, quas sæ-
pe mutabant. Cæterùm piratæ crudeles, & vicinis intolerabiles:
ita *Slavi* veteres. Nunc autem proximè ad *Turcas* accedunt: om-
nes bellicosi, & id vnum orant Deum, vt armati moriantur, & in
bello; optant autem inimicis mortem domi, & in lectulo. Rerum
nouarum amantiores sunt, ideò facilè concitant seditiones. Du-
plici vtuntur Alphabeto *Cyrilli*, vulgò *Chiuriliza*, seu *Ruthenico*
vix à *Græco* dissidenti, & *S. Hieronymi*, vulgò *Buchviza*, seu *Dal-*
matico 32. vel 33. literarum.

N V M. 4. *Politia.*

PARTIM est *Austriaci* ob regnum *Hungariæ*, partim *Turci-*
ci iuris; sed quia inter *Germanos* & *Ottomanos* pax infida, con-
uenere *Principes* sub initium huius sæculi vt causæ omnes, & li-
tes de incursionibus à *Præfectis*, *Agrauensi*, *Arrabonensi*, & *Bu-*
densi dirimerentur; nec sœdus abruptum censeretur, nisi bellica
tormenta educerentur.

§. 2. *De Croacia.*N V M. I. *Nomen.*

SUMPSISSE videtur à Corbatis populis, seu Crobatis quorum Cedrenus meminit. A Germanis *Krabaten* appellantur, & à Latine loquentibus *Corbani*, vt & regio *Corbania*.

N V M. 3. *Qualitas.*

AD boream feracissima olearum, vitium, herbarum: & nisi pateret incursionibus Turcarum nulli Europæarum decederet. Equos alit minutos, sed fortes, & propè Tartaricis pares.

N V M. 3. *Mores.*

HABENT ex Hungaricis Slauicis, & Germanicis permixtos mores: vnde aiunt nobiles Cosacos ebrietate Germanos, Hungaros superbiâ, & fraudibus, Slauos importunitate superare. Catholici plerique omnes, viri fortissimi, & ad vexandos hostes aptissimi, propter militiae genus penè Tartaricum.

N V M. 5. *Politia.*

REGITVR à Turcâ per Saniacos, qui à Bosnensi Præfecto pendent. Hic quoque Præfectus Austriacus. VSKOKI & MORLACHI à quibus, & regiunculis nomina, omnes Christiani sunt, Slauicè loquuntur, & per *Vaiuodas* suos, & *Arabassos* reguntur. Vskoki autem dicti sunt à voce Slauicâ *Skok*, quòd optimè saltent. *Gigges* quoque per Croaciam, & Istriam sparfi Multauiico vtuntur idiomate.

§. 3. *De Dalmatia.*N V M. I. *Nomen.*

NOMEN antiquum retinet ab oppido Delminio.

N V M. 2. *Qualitas.*

REGIO temperatissima, quare omnes incolæ macrobij: item fertilissima, vnde & oues adhibita cura bis in anno pariunt. Piscibus abundat ora Insulis prætexa: loca aspera feris; culta oleis, vitibus, segete abundant. De fodinis auri tacetur, fortè quoniam exhaustæ sunt. Hinc mel, cera, plumbum, pelles ouinæ, & oleum vulgò efferuntur.

N V M. 3. *Mores.*

DALMATÆ omnes bellicosi, proceri, expeditissimi. Qui degunt in montibus nondum barbariem videntur exuisse, apud eos similis virorum, & fœminarum cultus. Plerique literas profitentur æmuli S. Hieronymi, quem suum popularem vocant. Versus habent plures, quibus laudant viros, qui in bello Turcico ceciderunt.

N V M. 4. *Politia.*

COMITATVS Zarenfis emptus ab Hungaris pertinet ad Venetos. Hi autem ex suâ ditione Dalmaticâ colligunt quotannis 50. millia Ducatorum, & per Prouisorem suum hîc ius dicunt. Turca Saniacos plures habet in vrbibus munitis, qui omnes pendent ex Bosnensi Præfecto. Pars autem Dalmatiæ est quæ sequitur.

§. 4. *Resp. Ragusina.*

VVLGO *le Ragusan* ab vrbe munitissimâ, cui circumposita regio arte potiùs quàm naturâ fertilis reddita est, pinguiori solo in cautes delato. Huius incolæ omnes lucro dediti, & diuites ob mercaturam quam vbique gentium exercent: in peregrinos faciles, quia vicem expectant. Huius autem Reip. regimen simile Veneto, Dux quem Rectorem vocant singulis mensibus eligitur, cui assident 100. Senatores: in castrum S. Laurentij quotidie nouus Gubernator immittitur: centum millia ducatorum annui reditus habet, 500. tormenta bellica, aliquot naues quibus vti non potest, Venetis prohibentibus. Turcæ tributaria est, eique 20. millia Sultanorum, aut 15. aut 10. pensitat, nam variè sentiunt Scriptores. Quidam huius Reip. Patronum faciunt Hispanum, alij summum Pontificem; certè Ragusini sunt omnium Clientes, & ita summo in otio vbique viuunt. In Turcicâ ditione, nulla portoria soluunt, & à Turcis impensè diliguntur Ragusini mercatores, ob commoda quæ ab iis percipiunt.

§. 5. *De Seruiâ & Rasciâ.*N V M. 1. *Nomen.*

NOMEN habet à *Serbis* populis, quorum meminit Plinius, qui

ex meridie in boream progressi sunt; dicitur à vicinis populis *Sirfe*, à Turcis Saniacatus Semendriensis, & Rasciam includit, quæ à Razis populis nomen accepit, quos Chalcondylas cum Seruiis, & Sirfeis confudit: dicitur & à quibusdam *Segouia*.

N V M. 2. *Qualitas.*

MIRÆ fertilitatis est, sed maximè in campo Cassouico *Cassou-pole* ab indigenis, ab Germanis *Amelsfeld*, qui tribuitur aliquando Bulgariae, quam attingit. Regio quoque trans Danubium amœnissima, sed quæ Belgradam præcingit omnes Europæas amœnitate vincit.

N V M. 3. *Mores.*

LABORIS patientissimi sunt, quare his sæpe operis vititur Turca in bellis. Omnes agricolæ, omnes Piscatores: Ragusini soli merces suas distrahunt. Ritus Græcum sequuntur, sed in funeribus, seruant aliqua, quæ sapiunt Ethnicos: pauci sunt Latini ritus. Turcæ autem in pagis commorantur ad vias publicas.

N V M. 4. *Politia.*

OLIM Despoten habuit, cui paruit quoque Bosnia; quo cæso, Hungarus sibi vestigalem fecit; hinc à Turcâ occupata est, & per Beglierbegum administrata olim, cuius sedes Belgrada: sed promotis Imperij Turcici finibus, Beglierbegus Budam translatus legatum suum, vulgò *Caimacan*, reliquit Belgradæ, per quem Seruia regitur.

§ 6. *De Bulgaria.*

N V M. 1. *Nomen.*

NOMEN retinet à populis Bulgaris, qui à Volgâ Fl. dicti: alij tamen volunt esse reliquias Gepidarum, seu Getarum: Nicephorus Gregoras à Bulga Fl. horum nomen deriuat.

N V M. 2. *Qualitas.*

REGIO aspera est, & montibus editissimis ac niue diuturnâ obtectis tumet. Hic quoque pluuiæ frequentiores, ob paludes quibus interscissa est, vnde vapores erumpunt, qui ex frigore montium facillè se in imbres induunt. Armenta Boum, & Ouium greges facillè nutrit ob pascua.

NVM. 3. *Mores.*

Svo relicto, Arabum cultum, & vestem induerunt. *Veteres* eorum mores illos ex Suidâ habemus. Accusator conuictus falsi morte multabatur. Non licebat victum præbere furibus, & deceptoribus, qui secus fecisset bonis spoliatus agebatur in exilium: fur in rotâ frangebatur. Vites omnes excindi Rex iussit. Vetitum ne daretur eleemosyna, vt omnes laborarent, nemo deses esset; qui petenti dedisset stipem interficiebatur, bonaque eius diripiebantur. Has leges tulerat Rex Trebellius, quòd accepisset ab Auaris quos vicerat, leges illas non seruatas Auarum Gentem perdidisse. Et hæc de moribus antiquis.

Recentes autem vix à Seruicis differunt. Plerique Turcarum more victitant lacte, & pecorum carne, duramque Ottomano seruiunt seruitutem: nam decimus quisque eorum mittitur ad bellum, vt de pueris *Tributi* taceam.

NVM. 4. *Politia.*

BVLGARI Imperatoribus Orientis fuere terribiles, cum quibus vario Marte sæpe contenderunt. Tandem ab Hungariæ regibus victi sunt; ac demum captâ per Amurathum II. Sophiâ in ditio- nem Turcarum transfere. Sophiæ residet Beglierbegus Rumeliæ, seu Romania.

Huc quoque pertinent Dobraciæ Tartari, dicti CIEBELI, seu CIBEI, & degunt inter ruderâ muri producti ab Imperatoribus Græcis à Danubio, & *Gorosai* prope Selestriam, Tomos vsque. Hi autem aliquando Præcopitæ nominantur, & sub hoc nomine in castris Turcicis militant.

§. 7. *De Bossenâ.*NVM. I. *Nomen.*

NOMEN habere creditur à Bosna Fl. vnde & dicitur à quibusdam Bosnia: Lazijs vult sic appellatam à Bessis populis qui postea Bosli, & Vossi.

NVM. 2. *Qualitas.*

REGIO asperior est, immo & licet pascuis abundet hîc animalium caro insipida. Corium & lanam abundè sufficit Venetis & Ragusinis. Habet auri argentique fodinas eximias.

NVM.

NUM. 3. *Mores.*

IN Herzegovinâ omnes Catholici sunt, & impensè B. Virginem colunt, cuius imago visitur prope Seralium multis miraculis illustris, ad quam adeunt etiam Turcæ ægrotantes, & nonnumquam sanantur. In aliâ parte prædones ferè sunt indigenæ, & ita parentum suorum Bessorum referre videntur indolem.

NUM. 4. *Politia.*

OLIM habuere Despoten dictum S. Sabæ, itémque in aliâ parte Regem dictum Illyriorum. Vltimus eius Despotes Stephanus cognomine Laticus, vulgò *Hierchée*, à Turcis excoriatus est (alij capite tantùm multatum volunt) iusto Dei iudicio, quòd patrem suum suâ ditione expulisset, & maluisset occupare principatum, quàm expectare: eidem quoque parebant Seruia & Rascia. Eo cæso vacuum possessionem inuasert Hungari, sed Ludouico cæso anno 1520. Turcæ his omnibus regionibus potiti sunt: iam autem Bassa ius dicit Bossenæ, & 800. equites alit.

§. 8. *De Valachia.*NUM. 1. *Nomen.*

NVGANTVR qui à Flacco quodam Romano Duce dictam volunt quasi Flacciam. Cèrtius est sic appellatam à Blachis populis, quorum meminere Græci mediæ ætatis: hi autem videntur fuisse Itali, quia nunc indigenæ se *Polochos* vocant, Germani *Vulesken*, quæ vox Italos sonat: Turcæ *Iflach* appellant, & Bogdaniam à principibus Bogdanis, quod nomen *Theodorum*, seu *Des-donam* significat. Dicitur autem Valachia Transalpina, & Parua ad discrimen Moldaviæ, quæ Valachia quoque nominatur, sed ἀπὸς.

NUM. 2. *Qualitas.*

HÆC regio syluis vbique ferè opacatur, vino nihilominus & frumento abundat. Alit oues & boues, quàm in Hungariâ maiores, qui in Hungariam, & Germaniam deducuntur, vnde diuitiæ Valachorum. Equi hîc quoque vegeti, laborisque patientissimi, maximè si castrati sint.

NUM. 3. *Mores.*

OMNES penè Pastores, Armentarij, aut Subulci. Bellicosissimi

sunt, & quicumque ex iis in pugna fugit multatur seuerissimè. Habentur vulgò perfidi, & ad res novas propensi, iugum ferre nescij, quod nec pati possunt, nec excutere. Versiculus quoque ab hæreticis in Monachos detortus eos arguit esse vino deditos. Mulieres hîc supra modum coluntur à viris, & primæ mensis assident. Ritum Græcum sequuntur, & Patriarcham Constantinopolitanum, cùm venit eis bene precaturus, magno cum honore recipiunt.

NVM. 4. *Politia.*

OLIM parebat Hungaro, quod tamen aliqui Poloni negant, aiuntque in suo thesauro asseruari instrumenta quibus probent totum hunc tractum iuris esse Polonici. Olim hic Princeps dicebatur *Ban*, cui *Vaiuoda* subditus erat, sed excusso iugo Hungariæ, Princeps prætulit *Vaiuodæ* nomen, quod summum Ducem significat. Nunc Turcam agnoscit, & ei pensitat 120. mille libras Francicas. Eligebatur olim à populis, & confirmabatur ab Ottomano, nunc quem maximè optat eligit, & præficit. Ex annuis vestigalibus conficit 250. millia Sultanorum *de sequins*. Olim educebat 50. equitum millia, nam omnes equites, pedites nulli; in præsentia vix 10. millia conscribere potest.

§. 9. *De Multauiâ, vulgò Moldauiæ.*

NVM. 1. *Nomen.*

NOMEN accepit à Multauiâ Fl. vnde vox Moldauiæ detorta est. Nominatur aliter *Valachia Cisalpina*, scilicet ab excursionemontis *Hæmi*, qui hîc interruptus Istro, ac denuò quasi resurgens Carpatho monti committitur. Dicitur & *Valachia*, seu *Bogdania Nigra*, à frumento nigriore quod hîc enascitur.

NVM. 2. *Qualitas.*

VALLIBVS fertilissimis est distincta, ac valde riguis. Vinum hinc quoque generosum ad Polonos defertur. Neque desunt fodiinæ auri, atque argenti, sed negliguntur. Turcæ hinc quoque equos fortissimos, & laboriosissimos educunt.

NVM. 3. *Mores.*

PAYLO urbaniore sunt Valachis. Fortissimi equites, & egre-

giam operam Turcæ nauant in bellis. Hic multi nobiles, quos Vaiuoda habet ad manum. Seditiosi habentur, & in Principem parum fideles. Eodem modo cum Valachis vxores tractant, quibuscum & ritu Græco, & idiomate concinunt. In eo autem multæ voces Italicæ arguunt eos origine Italos esse, vt diximus in Valachia nomine.

NVM. 4. *Politia.*

VAIUODA se Regem Moldauia nominat, & olim pendeat ab Hungaro, à quo cõfirmabatur selectus à Moldauis. Nunc ad Turcas transit cui tributum nomine pensitat ferè 200. librarum Francicarum millia, cum 500. equis pulcherrimis, & 300. falconibus selectis. Olim Princeps armabat 60. equitum millia, hodie vix 20. urgente tamen bello 50. millia posset educere. Filius siue legitimus, siue nothus succedit patri, & primùm natus signatur candente ferro. Bassa Moncastrensis, vulgò *de Bialogrod*, prouidet ne prouinciæ illæ rebellent, quasi Cosakorum metu, ideóque sibi conficit 100. Sultanorum millia, verbo in regionis tutelam, reuerã in Turcicam rapinam.

§. 10. *De Bessarabia.*

NVM. 1. *Nomen.*

VNDE extiterit vox illa incertum: nisi à Bessis, qui huc immigrarunt. Certè eò peruasisse Arabas suspicamur ex Bulgarorum factò cuius meminimus in Moribus Bulgarorù. Eam quoque apud Calcondylam dici Istriam non improbabiler aliqui suspicantur.

NVM. 2. *Qualitas.*

REGIO hæc fertilissima, in quâ nihil deesset, etiam ad vitæ delicias, nisi in eâ Tartari degerent, hanc Cosaki infestarent, hostes & hospites ex æquo metuendi.

NVM. 3. *Mores.*

HIC Tartari viuunt more suo, hoc est lacte, & carne equorum suorum. Aspectu terribiles sunt, & iis sæpe vitur Turca non tam ad pugnandum, quàm ad inferendam in hosticum vastitatem; & ad augendum terrorem, hos vocat Præcopitas.

N V M. 4. *Politia.*

OLIM Palatinus Multauius huic parti imperabat, sed inter duos fratres sectus est Principatus. Nunc omnino Turcis subdita est Bessarabia, & per Bassam Moncastrensium administratur, estque quasi Acropolis quâ Valachi, Moldaui, Transylvani in officio continentur.

§. II. *De Transylvania.*N V M. 1. *Nomen.*

NOMEN ei impositum à syluis, quibus ferè vndeque præcingitur, ab Hungaris *Erdel* dicitur, à Germanis *Sibenburgen*, à Slavis *Siedra Gradika Ziemia*, quæ voces *septem castra* significant à 7. urbibus quas hîc Saxones incolunt. Eius quoque pars à Hungaris *Iazap*, dicitur dubio procul à Iazygibus Metanastis. Item & CICVLI in eius angulum compacti sunt, sic dicti à voce *Szekel*, quæ Scytham sonat; suntque reliquæ Hunnorum, postquam duo filij Attilæ Gentem ferè perdidissent, huc enim confugere, & ne malè multarentur ob superiores rapinas, & crudelitatem hoc sibi nomen imposuerunt, quia reuera erant origine Scythæ; atque pharetrati Scythicis de finibus Hunni.

N V M. 2. *Qualitas.*

REGIO supra fidem ferax, vini, frumenti, leguminum, omniumque fructuum. Auriferam regionem esse arguunt fluuij aurea ramenta deuehentes, item & massæ auri defæcati quæ passim reperiuntur. Ex montibus eruuntur hydrargyrum, ferrum, plumbum, stannum, minium, calcanthum, sulphur, stibium, & marmor exquisitissimum. Mel quoque plurimum hinc egeritur. Equi velocissimi, qui & sine arte tolutim incedunt, egregiè criniti, & iubis ad terram defluentibus. Cerui supra modum proceri: vno verbo conficiam si dixerò meritò ab Hungaris Thesaurum suum appellatam esse aliquando dum eâ potiebantur.

N V M. 3. *Mores.*

CICVLI contrario motu ab aliis gentibus saltant, dextrum enim pedem primum promouent: litteris vtuntur in quibus aliquod vestigium cernitur Abyssinæ, Syriacæ & Hebrææ scripturæ.

Aspectu toruo omnes sunt, omnes comam nutriunt ad terrorem. Nemo se putat ignobilem licet subulcus aut pastor, & verò in familiis officia distribuuntur sorte. Bellatores optimi, & laboris patientissimi. Reliqui indigenæ ab his moribus non multum absunt, aut suæ Gentis mores retinere. Apud omnes puellæ ad nuptias rapiuntur, sed repudiantur facile: ritum Græcum sequuntur Valachi degentes in montibus, aut per totam Transylvaniam sparsi, reliqui aut Catholici, aut Calvinistæ, vel Lutherani.

N V M. 4. *Politia.*

DIU paruit Regibus Hungariæ, qui hanc per Vaiuodam administrabāt delectum à Ciculis, Saxonibus, & Valachis. Sed tandem iugum excussit Io. Zapolia, qui varias expertus vi-ces ad Solymanum confugit; post mortem eius filij, electus est Stephanus Batorius vir fortissimus; exinde variæ turbæ exarsere, quas Turca, & Austriacus fouere. Nostrâ atate Betleem Gabor celeberrimus extitit, cui Ragoskius successit, in Germanicis bellis celebres.

CICVLI verò ex quo in Transylvaniam transiere omnino im-munes secundum leges suas vixere. Sed sub Io. Sigismundo filio Zapolia, amisere libertatem, præterquam in sede *Orbay* ob rebellionem. Sub Mose Ciculo iugum excutere conati sunt, sed grauius ferre compulsi, eisque decimæ impositæ sunt, quæ tandem sublatae sunt quando Gabriel Betleem Gabor, ex priuato factus est Princeps.

§. 12. *De Hungaria.*

N V M. 1. *Origo Hungarorum.*

HÆC multis fabellis implicata est. Narrat Iornandes Gothus Alirumnam quandam mulierem Scythicam humanâ specie ma-iorem, eiectam ex castris Gothorum quod parum pudicè viueret, Mæotim paludem transiisse, hîcque in syluis à dæmone compres-sam multos edidisse monstruosos partus, ex quibus Hungari pro-gnati. Alij fingunt Faunos & Satyros eorum parentes. Probabi-lius existimant alij, venatores dum feram insequuntur vltra Mæo-

Qq iij

tidem bonitate soli illectos ingentem Scytharum multitudinem
 excitasse, primúmque fuis Alanis ad Tibiscum progressos esse.
 Tum autem Gothi Pannonias occuparant, qui tamen Hunnis ce-
 dere compulsi sunt. Et Ostrogothi quidem se iis coniunxere: Ve-
 strogothi autem se in Mysiam & Thraciam recepere, permittente
 Valente, vt essent ab hac parte Imperij propugnaculum. Interea
 Hunni per Germaniam, & Poloniam sparsi omnia cædibus, &
 flammis corrumpere, atque etiam in Asiam transgressi, vastauere
 Armeniam, & Antiochiam vsque penetrauerunt. Dum autem hæc
 fierent Gothi Romanorum atterebant vires, quibus superuenien-
 tes Hunni in Germaniam iterum irruerunt, vnóque prælio cum
 Rom. congressi 120. millia suorum perdiderunt, Duce Keua. Sed
 postmodum victi victores aggressi meliùs rem gesserunt, & occu-
 pauere Pannonias, duobus tamen suis Ducibus cæsis Belâ, & Ca-
 dicâ. His autem suffectus est Attila, qui adiunctis sibi Gepidis,
 Ostrogothis Marcomannis, Mysiam, Thraciam, Macedoniam
 depopulatus est, & in patriam redux fratrem suum quasi appeten-
 tem regni interemit. Exinde conuertit cursum in Occidentem, vbi
 victus in Catalaunicis campis, *la plaine de Chaalons*, sed elabi, per-
 missus rediit *Sicambriam*, hoc est *Budam*, hîcque se totum volu-
 pratibus dedit: mox tamen arma resumpsit, & per Illyricum in
 Italiam irruit, triennio Aquileiam obsedit, & tandem euertit,
 quando Venetiæ exorta sunt. Repulsus per S. Leonem Pontificem
 in patriam rediit, vbi celebrans nuptias cum filiâ Regis Bactriano-
 rum vino & libidine confectus apoplexiâ periit. Eius filij suis dis-
 cordiis Gentem ferè perdiderunt, vnde enati Ciculi, vt in Tran-
 sylvaniâ diximus. Postea Longobardi à Narfere in Italiam acciti
 Hunnorum reliquiis Pannonias habitandas concessere. Inde irru-
 pere in Germaniam, sed repulsi sunt; paulò post tamen vsi magiâ
 Germanos fudere, & onusti præda rediere ad suos; à Germanis
 tamen deinde victi quiescere coacti sunt. Sed cum ex Scythiâ ve-
 nissent 200. & ampliùs millia, cum finitimis pugnauerunt; omnesque
 illi Scythæ vno nomine Hungari dici cœpere. Polonos & Bohæ-
 mos vexauere; euocati quoque à Taxilo in Carolum Magnum, ab
 eodem victi sunt, & eiecti ex superiore Pannoniâ, quando & ca-
 ptus Rex eorum *Gaba*, sibi in vinculis necem consciuit. Sub Lu-
 douico Pio rebellare voluerunt; sed demum ei sunt reconciliati.
 Exinde sæpe in Italiam irruerunt, vnde & multas abegere prædas.

Tentauerunt & Germaniam, sed ab Imp. Henrico fortiter repulsi sunt, cæsis 150. millibus: item & paulò post ab Othone, quando eorum Rex Toxys interceptus capite multatus est. Hinc ad Christi fidem conuersi sunt Hungari: primus Rex Gayfca, seu Geyse S. Stephani pater eam amplexus est, quam filij pietas plurimum promouit. De aliis regibus Hungariæ legatur tractatus, qui nuper recusus est in Rep. Hungaricâ.

N V M. 2. *Nomen.*

AB Hunnis prædictis Hungaria dicta, Germanicè *Hungerland*, ab indigenis *Magiar*, vt & à Turcis nominatur: dicti & olim Auari; nisi malis Auaros partem Hunnorum fuisse.

N V M. 3. *Qualitas.*

AER huius regionis impurius est; vnde exteri hîc diu viuere non possunt, sed statim contabescunt. Quare cùm Poloni, aut Germani hîc bellagerunt castra mutare subinde coguntur, ne phtisi Hungaricâ corripiantur. Sordes quoque quæ existunt ex corporibus indigenarum satis aëris putredinem arguunt. Neque aquæ sunt aëre salubriores, omnes insuaues, si Danubium Budam vsque excipias versus Austriâ. De Thermis Hungaricis scripsit libellum Verhnerus. Sale abundat potissimum in Maromarusâ regione, & ad urbem *Somuar* vbi fontes falsi, vnde sal optimum excoquitur. Vinum Pilsense, in Comit. cognomine vbi Buda sita est, celebratur in primis. Hîc tam multæ feræ, vt nisi licita esset rusticis venatio perniciës immineret regioni. De piscium copiâ in Tiffâ Fluvio dicemus in Admirandis. Cæterum illius regionis fertilitatem hoc vnum arguit, quod sæuiente bello inter Christianos & Turcas, iisdem eam ferro flammâque vastantibus, intra quinquennium pristinam formam recipiebat, quasi summo otio & pace vsa esset.

N V M. 4. *Mores.*

MORES antiquorum *Hungarorum* hi celebrantur. Aspectu terribiles erant, omnes sine barba; nam pueris candente ferro genas de industriâ adurebant, quare omnes eunuchi videbantur. Sic indurabant corpora sua, vt neque igne, neque suauioribus cibus indigerent, sed herbis, & radicibus ferè victitarent; carnem non

aliter coquebant quàm inter ephippia equorum fuorum discurrerentium. Domos non sine timore subibant, & incolebant montes, & sylvas: vili telâ, aut pellibus tegebantur, nec vnquam deponabant vestes, nisi frustatim deciderent. In equis optimè pugnabant, vix insiltebant pedibus, ob calceos malè formatos, & concinnatos. Regibus olim nullis parebant, sed Principibus, quos feligebant. Perfidi, crudeles, omnibus vitiis dediti, sed maximè ebriitati. Falsis accusationibus præcipuos tollebant è medio, & magnâ ex parte otiosi viuebant.

In presentia verò bellicosi sunt omnes Hungari, sed parùm fideles, & ex æquo Turcis & Christianis infensi: sed Germanos ferre non possunt, quibuscum numquam conueniunt. Otio deditissimi Hungari, tam viri quàm fæminæ: intemperantiùs cibis indulgent, quare secum famem dicuntur inferre, & *fames Hungarica* abiit in Prouerbum. Inter nobiles matrimonia contrahuntur, dum adhuc in cunis vagiunt, quibus postea non acquiescere grande nefas, & piandum morte.

N V M. 5. Religio.

IN Hungariam omnium hæreseon fæces confluxère. Lutherani, Calvinistæ, Arriani, Trinitarij, & qui non? Nobiles tamen plerique Catholicam fidem profitentur, maximè operâ Societatis nostræ, quæ hîc egregiam nauat operam. Augetur & Turcarum numerus in dies, itémque Iudæorum, quibus indicibus, & speculatoribus vtuntur Mahumerani. Per S. Stephanum accepere fidem quem *Istum* indigerant. Quàm diues fuerit hîc Ecclesia, colligitur ex Sigismundo Chanzario Episcopo Quinqueecclesiensi, qui ex congesto thesauro potuit exercitum alere.

N V M. 6. Politic.

REGVM Hungaricorum series in 8. familias digesta vbique legi potest. Nunc Austriacæ familiæ ex parte parer, ex parte sed maiore Ottomano. Austriacus ex ditione suâ colligit 200. ducatorum millia, Turca vix vnde militibus suis stipendium numeret. Transylvanus quoque aliquam partem Hungariæ carpit. Militia hîc duplex, peditum quos vocant *Gialog*, nos *Hidoques*; & equitum quos dicunt *Louag*, nos *Houffartz*: hi dorso suo affigunt alas ad celeritatem, cum in eas se ventus insinuat. Olim Rex educebat 50. equitum millia, nunc Austrius vix decem millia, Bassa Bu-

Budensis circiter sex millia conscribunt. Imperator 30. circiter celocibus Danubium, & regionem suam tutam reddit; Ottomanus totidem, suam. Rex olim eligebatur in Comitibus, quæ olim Palatinus cogebat à Rege primus: nunc hereditarium Regnum fecit Austrius. Pax inter Turcas, & Germanos infida est, & nunquam caret excursionibus, quia statutum est pacem non infringi, nisi educantur tormenta bellica. Lites autem ex illiusmodi excursionibus ortas, dirimunt Præfectus Arrabonensis, & Bassa Budensis cum Præfectis Austriacis quorum res agitur.

MAGNÆ HUNGARIÆ DIVISIO.

RE- GIO- NES AD IS-	TVR-	DESPO-	BVL-	{	BVLGARIA	BVLGARIA VERA. Sophia: <i>Sophie.</i>
			CIEBELÆ TARTARI.		Dobrucia: <i>Dobruce.</i>	
	CI-	TICÆ	SER-	{	SERVIA. Nonibazaria: <i>Nonibazar.</i>	
			VIA		RASCIA. Alba Græca: <i>Belgrade.</i>	
	CÆ	CLIENTELARES	BOSSE-	{	DVCALIS. Vammeluka: <i>Banialuk.</i>	
			NA		REGIA. Seralium: <i>le Serail, seu Seraio.</i>	
MIX-	MAGNA	SCLAVONIA	{	TRANSYLVANIA. Alba Iulia: <i>Veissembourg.</i>		
				VALACHIA PROPRIA. Targouiscû: <i>Targouisko.</i>		
					MOLDAVIA. Suczoua: <i>Suchauu.</i>	
					BESSARABIA. Moncastrum: <i>Bialograd.</i>	
					AVSTRIACA. Zagrabia: <i>Agram.</i>	
					TVRCIGA. Gradiscia: <i>Gradisk.</i>	

Parall. Geogr. Tom. II.

Rf

TRVM.	T Æ	SCLA- VONIA	CROA- CIA	AVSTRIACA. Fanum S. Viti: <i>Fiume.</i>
				TVRCICA. Vihitza: <i>Vihitz.</i>
		DAL- MATIA	VENETA. Duarefia: <i>Duarez.</i>	
			VENETA. Iadera: <i>Zara</i> TVRCICA. Scardona: <i>Scardone.</i> RESP. RAGVSINA. Epidaurus: <i>Raguse.</i>	
HVN- GARIÆ	R E- GNVM	SVPE- RIOR	AVSTRIACA. Possonium: <i>Presbourg.</i>	
			TVRCICA. Agria: <i>Eger.</i>	
HVN- GARIÆ	R E- GNVM	INFE- RIOR	AVSTRIACA. Comara: <i>Comore.</i>	
			TVRCICA. Alba Regalis: <i>Albe Royale.</i>	

CAPVT II.

Magna Hungaria descriptio Geographica§. I. *Sclauia, seu Sclauonia.*

CONTINEBAT olim Carniolam, Carinthiam, Marchiam Vindorum, immo partem Albanix decerpebat: postea ad Sclauiam propriè dictam, Dalmatiam, & Croaciam restricta est.

SCLA- VIA VERA	AVS- TRIA CA.	ZAGRABIA: <i>Agram</i> , vrbs Episcopalis, & caput Comitatus, tentata à Turcis numquam capi potuit; Academia quoque celebris vbi Nobiles Hungari, Croatæ, & Slau instituantur.
		Copranitza: <i>Caproncza</i> , vrbs cum arce munitissimâ contra Turcarum irruptiones.
		Fanû S. Georgij: <i>S. George</i> } Inferacissimâ regione sita oppida. Fanû S. Martini: <i>S. Mart.</i>



<i>l'Escla- uonie, Vindif- cland.</i>	TVR-	}	GRADISCIA: <i>Gradisk</i> , vrbs munitissima ad Sauum Fl.
	CI-		Posega: <i>Posega</i> , vel <i>Posecha</i> , caput Comitatus, ciuitas firmissima ad Fl. <i>Orib</i> , qui postea in Sauum cadit.
	CA.		Iessenotia: <i>Iessenotcz</i> , ad Fl. Sauum. Petrouina: <i>Petrouuin</i> , in Mediterraneis, cuius ager, quantum bella sinunt, amoenissimus.

§. 2. De Croaciâ.

<i>la Croa- ce Im- periale.</i>	AVS-	}	FANVM S. VITI AD FLVMEN: <i>S. Veit am Pflaum</i> , <i>S. Vit sur Fiume</i> , vnâ voce <i>Fiume</i> , ad Fluum qui terminus est Croaciæ, & Istriæ: olim caput totius Croaciæ erat.
	TRIA-		Brighonia: <i>Brighon</i> , nunc dicitur Croaciæ metropolis. Senia: <i>Segna</i> , seu <i>Zeng</i> , ad mare cuius ager miserè à Turcis aliàs deformatus.
<i>la Croa- ce Tur- quesque.</i>	CA	}	Vackariza: <i>Bucari</i> , Vskokorum sedes, de quibus supra.
			Siscia: <i>Sisek</i> , vrbs munitissima ad Sauum Fl.
			Mons: <i>Lika</i> , Morlakorum sedes, ex quo regio MORLAËHIA, dicitur ad mare extensa.
			Petrina: <i>Perrin</i> , ad Fl. <i>Colapim Kulp</i> , antea dicta <i>Assanopolis</i> : <i>Assangrad</i> , à Bassa Assano Bosniæ qui eam munit, vt contineret vrbes <i>Carlostadium</i> , & <i>Zagrabiam</i> , sed à Christianis feliciter occupata est.
<i>la Croa- ce Tur- quesque.</i>	TVR-	}	VIHITZA: <i>Vvibitz</i> , ad Fl. <i>Vnam Vne</i> , à Turcis occupata cum iis diu restitisset, recepta fuit à Christianis & incensa, postea à Turcis restaurata est, qui arcem eius fortiter defenderunt.
	CI-		Castanouisium: <i>Castanowitz</i> , arx munitissima ad Fl. <i>Vnam</i> , quam Turcæ diligentissimè defendunt.
	CA.		<i>Lira</i> , vnde Regiunculæ nomen fertilissimæ, nisi bella prohiberent.
<i>la Croa- ce Tur- quesque.</i>	CA.	}	Carbaua: <i>Corbau</i> , Carbauix regionis caput.
			Clissa: <i>Clisse</i> , cuius Saniacus hoc anno 1647. in Morlachos excurrit, & plerosque in miserabilem abduxit seruitutem.

VENETA *la Croace Venetienne.*

Morlachorum pars Turcis subdita anno superioris coniunxerat se Venetis spe auxilij Christiani; sed hoc anno pessimè accepta est à Saniaco Clissenfi. Vrbes hîc duæ nominantur in Relationibus.

Duarez.
Macasca.

§. 3. De Dalmatia.

VE-

NE-

TA

le pays des Venitiens en Dalmace.

IADERA: *Zara*, Comitatus caput empti per Venetos ab Hungariæ Rege, hodie caput Dalmatiæ putatur, vndique mari cincta, & ponte iuncta continenti. Arce munitissimâ defenditur. Ab ea non procul visitur locus dictus *Zara Vechia*, vbi antiquæ Iaderæ rudera.

Ænona: *Nona*, vrbs situ munita & ampla, vndique mari præcincta, nisi æstate.

Nouigardia: *Neuigrad*, arx oppido minuto incumbens.

Sicum: *sebenico*: ad sinum cognominem, cui imminet Mons S. Ioannis *S. Iuan*, & in eo castrum sat firmum.

Palatium: *Spalatro*, vrbs Archiepiscopalis, à Diocletiano condita, à quâ non procul rudera Salonæ.

Tragurium: *Trau*, in scopulo vrbs condita, & annexa ponte Insulæ *Bux*, seu *Cicovo*: vrbecula munitissima.

Piguntium: *Almissa*, vrbs firmissima ad ostia Fluij *Cætinæ: Zetina*.

Cattara: *Cattaro*, ad sinum Rizonicum, hodie *le Golfe de Cattaro*, vrbs munitissima ob Turcos vicinos, & quam Veneti maximi faciunt.

Butua: *Budua*, vltima ditionis Venetæ in Orientem ab Turcis deformata incendiis, nunc vtcumque reparata.

SCARDONA: *Scardone*, vrbs per ampla è regione Sicci.

Stridon: *Strigna*, quæ vulgò creditur patria S. Hieronymi; falsò, cum hæc fuerit sita in limite Pannonico, eodem teste Hieronymo.

Clissa arx Turcarum inexpugnabilis.

NARONA: *Narenta*, ad Fl. cognominem vrbs olim potentissima, & quæ sibi Imperium Veneti sinus voluit arrogare, contra quam diu Veneti pugnauere sub initia Reip. suæ.

les villes
du Turc
en Dal-
mace.

Castrum nouum : *Castro nouo*, vrbs permunita ad ostium
sinus Rizonici, portu egregio instructa & arce. Olim
Dominum suum habuit, cui est à Turcis erepta, sed
vindicata à Christianis, ac demum deperdita est.

Antibarium : *Antinari*, quia opponitur Bario Apulo,
scopulo affixa, & Venetis per Turcas adempta, muni-
ta planè, & Italix terror.

Vlcinium : *Dulcigno*, quondam Albani iuris vrbs ampla,
sed deserta.

Craina, castrum, vnde & regi unculæ nomen asperimæ,
ac penè deserta.

Scodra : *Scutari*, à Turcis *Scanderia*, hoc est Alexandria,
olim nobilissima ciuitas.

REIS-
P V-
B L I-
C A
R A-
G V-
S I N A,
la Rep.
de Ra-
gouise,
ou le
Ragon-
san.

DITIO
CONTI-
NEN-
TIS
Tribinium : *Tribigna*, vrbs Episcopalis.

ANGOSTA, aliter Lagusta *Langoste*, Insula cul-
tissima, delicia Ragusinorum, & villæ per-
amœnæ.

INSV-
L A N A
Lupanna, vbi portus satis commodus, & villæ
cultissimæ Ragusinorum.

Melita : *Meleda*, dubium olim an catellis ce-
lebris, nunc piscatione Triehidum, seu Sar-
diniarum.

INSV-
L A
SLAVI-
C A
Cherso, & *Osero*, olim vna Insula, nunc immisso inter vtrū-
que per Venetos mari, à duabus vrbibus nomen habēt;
in vrbe *Osero*, Episcopus degit; *Cherso* populosa magis:
vtraque pecore diues : per nobilem Venetum vtraque
regitur.

IVRIS } Vegia: *Veglia*, vbi vrbs cognominis, & portus Salinarum pulcherrimus: hîc idioma singulare nec Slauicum, nec Venetum: à Frangipanis vendita fuit, & per prouisorem Venetum administratur.

VE- } Arba: *Arbe*, vino ac sale diues; ficus eius quoque laudantur.

TI } Paganium: *Pago*, vnde falis plurimùm educitur.

les Isles } Bratia: *Labrazza*, vino & pascuis diues.

des Ven- } *Lezina* olim Pharos cum vrbe cognomine, vbi portus commodissimus ferè statio præfecti maritimi. Melle, oleo, vino, croco abundat. Celebratur quoque piscatione suâ, quoniam ad eam pisces ventis impelluntur.

dans } Corcyra: *Curzola*, Episcopi sedes: ex quâ Veneti ligna leuè Gol- } defumunt ad naues construendas, aliàs sterilis est.

§. 4. De *Bossena*, *Bosne*, seu *Bossene*, seu *Bossine*.

SVPERIOR, } VAMMELVCHA: *Banialuk*, aliter *Veinalykh*, nunc totius *Bossenæ* metropolis, & *Bassæ* sedes versus *Dalmatiam*, à quo ius petunt *Saniaci Croaciæ & Dalmatiæ*.

seu DVCALIS, } Item dicta

cuius Dux Sancti Sabæ, olim. } *Tinina*, seu *Tina*: *Tine*, *Dalmatis Querca*, Episcopalis, à quibusdam malè *Dalmatiæ* adscripta, quia ab Archiepiscopo *Spalatenfi* pendet: fixa est ad *Titium Fl.* vulgò *Querca*.

HERZEGOVINA } *SERALIVM*: *Seratio*, nobis *le Serail*, in limite *Seruiæ* ad *Fl. Bosnam*, à quibusdam metropolis totius regionis creditur: iuxta hanc Monasterium *B. Virginis à Plumbo* dictum, vbi imago *Virginis* multa edit miracula, de quâ suprâ in *Historicis*.

à Turcis *Herzec*, } *REGALIS* } *Verbosania*: *Verbosanim*, aliter *Verbosanien*, ad *Fl. Miliatzha*, quondam primaria regionis, nunc ad eò defecit, vt careat mœnibus.

nobis à *Herzegovine*. } *Iaycza*: *Iaycz*, ad *Fl. Plenam*, vbi *Fl. Verinam* recipit; in monte cum castro munitissimo sita est.

INFERIOR, } *la Bossine inferieure*.

§. 5. De Seruia latè sumpta.

SER-
VIA
VERA*la Ser-
vie, ou
Sisy, ou
Gouuer-
nement
de Se-
men-
drie.*NONIBAZARIA: *Nonibazar*, quondam metropolis tem-
pore Despotarum.Prisdenum: *Prisdin*, à quibusdam creditur patria Iustli-
niani, ad lacum Ezzitam.Delminium: *Delminio*, vicus duntaxat in præsentia.Drinum: *Drino*, ad Fl. cognominem.Zenobitia: *Zenobitz*, in montanis Seruiz.Nissaua: *Nice*, ad Fl. cognominem qui cadit in Mo-
rauum.ORACHVM: *Orach*, ad Drinum Fl. nunc Saniaci Seruiz
fedes, ideóque primaria, & cultissima.Niuaria cognomento Seruiz: *Niuar en Seruie*, vbi Dri-
nus Fluius cadit in Sauum.Archium: *Arky*, vbi Bosna fluius hauritur à Sauo.RAS-
CIA*la Ra-
scie, ou
la partie
Septen-
trionale
de Ser-
vie.*ALBA GRÆCA, seu Belgrada: *Belgrade*, ad confluen-
tias Savi, & Danubij, in Regione sita quæ ab incolis
dicitur *Couuin*; mœnibus caret, sed castrum habet
munitissimum, in quo nefas pernoctare Christiano;
Hungaricè *Nador Alba*, Germanicè *Griesschich Vveif-
sembo*rg*.Fanum S. Andreæ, seu Semendria, vulgò *Zendreuil*,
Turcis *Semender*, quondam Rasciz metropolis: ad
eam 34. Pilæ ostenduntur, reliquæ pontis Traiani.Columba: *Columbes*.Orfanum: *Orfano*.

§. 6. De Bulgaria.

BVL-

GA-

RIA

SOPHIA: *Sophie*, metropolis regionis iuxta quam inco-
læ ostendunt rudera vrbis Sardicæ. In ea residet Be-
glierbegus Rumeliz, cuius causâ tantum colitur,
nam loco parum salubri sita est, per hanc ex Hunga-
riâ transitur in Thraciam.Nicopolis: *Nicoboli*, ad Istrum ab Húgaris & Transylua-
nis patrum nostrorum memoria incélsa, ad quam & ag-
cepta à Christianis clades, in Historiis celebratissima.

Var-

la Bul-
gariæ.

Varna: *Varne*, celebris Hungarorum, & Christianorum infelici pugna; incensa est à Cosakis.
 Constantia: *Constance*, ad Euxinum plerisque Tomos Ouidij.
 Vidinum: *Vidine*, olim Viminatum.
 Rhogianum: *Rosi*.
 Silistria: *Silistra*, circa rudera muri veteris, de quo mox.
 Dorostorus: *Dorostore*, seu *Dorstor*, defecit in viculum.
 Tomesuaria: *Tomesuar*, quibusdam Tomos.

DOBRUCIA, seu Tartari
 CIEBELÆ
les Tartares de Dobruces.

Sita est in rudibus eius muri quem excitant Imperatores Constantinopolitani ad arcendos Barbaros: eam incolunt Tartari Turcis additissimi, & eorum perpetui in bellis Christianorum comites.

CAPILLI
 DERVENT,
le pas de Thrace.

Ictimanum: *Ictiman*, burgus luculentus ubi comparantur omnia ad transitum, & duces assumuntur ad Thraciam subeundam.
 Ianiculum: *Ianicoli*, primus vicus à transitu in Thraciam.

§. 7. De Valachia magna.

V A- TARGOVISCVM: *Targouisko*, seu *Targouiste*, Vaiuodæ sedes, nobis *Teruis*, ad Fl. *Ialonitz*.

L A- Backouia: *Backou*, seu *Backouie*, quam Clemens VIII. summus Pontifex Episcopi sedem statuit.

CHIA Aczudia: *Aczud*, paulò infra Backouiam.
 Trescortium: *Trescort*, de quo in Admirandis.

la Vala-
quie, ou
la Vala-
chie.

Bralouium: *Brailou*, in limite Moldauico ad Istrum.
 Ialoniza: *Ialonitz*, ad Fl. cognominem.

Erinista: *Erinist*, ad Fl. *Telez*.
 Dombrouiza ad Fluum eiusdem nominis.

MOL. SUCZOVA, seu Succhiaua *Czukau*, nobis *Suchau*, Vaiuodæ sedes.

D A- Chotimum: *Chotim*, magno semper præsidio firmata, ad Fl. Tyram *Niester*.

V I A Iassium: *Iassy*, olim Vaiuodæ sedes; huius arcem ca-
Parall. Geogr. Tom. II.

ptam Cofaki diruerunt.
la Mcl- Margofestum: *Margofest*, malè quibusdam Metropolis.
dauc. Tariskum: *Tarifco*, in montanis ad Bessarabiam.
 Galatia: *Galatz*, ad lacum cognominem.
 Nufium: *Nufz*.


B E S-
 S A-
 R A-
 B I A, } MONCASTRVM, seu BIALOGRODIA: *Bialogrod*, seu
Moncaftro, aliter *Achermeno*, seu *Kermen*, ad lacum di-
 ctum *Vidouo*, seu *Ouidouo*, vbi Tartari ab vrbe sic di-
 cti de *Bialogrod*.
la Bessa- Thinia: *Teheine*, cum arce ad Fl. Tyram *Niefter*.
rabie, ou Orichouia: *Oribouu*.
l'Istrie. Killia duplex, Vetus & Noua: *Vetus* ad ostium Boreale
 Danubij affixa est olim *Lycostomos*: *Noua* paulò suprâ
 in Boream vergit.

§. 8. De Transyluania, Sibenburgen.

C I-
 CVLI } NOVOMARCHIA: *Neumark* Saxonicè, Hungaricè *Ze-*
chelovassatel, amplissimum oppidum, vbi frequens
 Ciculorum Conuentus.
 in se- 1. In eâdem quoque *Marcu Zeck*, vnde sedi, seu re-
 ptem 2. *Aranyas Zeck*.
 SEDES 3. *Girgium: Girgio*.
 seu 4. *Czikum: Czik*, ad montes cognomines, ex quibus
 Regio- oritur Fl. *Kikellenn* maior.
 nes di- 5. *Kisdium: Kisd*, vbi capitulum illustre, ex quo pendet
 uisi, Segesburga cum pagis 48 ad Fl. *Alutam Alt*.
les Ci- 6. *Orbæum: Orbay*, quæ sedes sola libertatem retinuit in
cules. ea seditione, de quâ suprâ in *Politiâ* egimus.
 7. *Seyfi*, versus montem *Carpathum*.

HVN- 1. *Zaafuaria: Zaafuuar*, cum pagis Regiis vndecim.
 G A- 2. *Rufmarkia: Rufmark*, cum pagis decem.
 R O- 3. *Segesburga: Segesburg*, cum pagis fedecim.
 S A- 4. *Olczna*, cum pagis duodecim.
 X O- 5. *Schenkerstulium: Schenkerstul*, cum pagis 22.
 N E S 6. *Rupensium: Rupense*, cum pagis fedecim.

IN DE WEGEN NACH SIBERIEN
 1771
 von dem Herrn Major Johann Baptist
 v. Schreyer



in 7. se- | 7. Megia Me- } Caput duarum sedium, quibus inclu-
des dif- | gies, ad Fl. Kz- } duntur pagi 24. clade Lud. Gritti
tributi. | kelleuu. } celebris.

CIBINIVM: *Hermanstat*, à Cibinio Fl. & Hermanico primo eius conditore: duplici muro & profundis fossis munita ciuitas.

S A- CORONA, seu Stephanopolis, & Brassouia, Germanicè *Kronstadt*, ab indigenis *Brassauu*; vrbs munita & egregiè rigua, vbi 3. suburbia, quorum vnum Bulgari, aliud Hungari, 3. Saxones agricolæ incolunt: sita est in regione quam vulgò *Burczam* vocant, seu *Wrcziam*.

X O- BISTRICIA Germanicè *Nosen*, & *Bistriz*, Hungaricè *Bezterese*, ad Fl. cognominem, in regione vitiferâ, vulgò *Nosnerlandia* *Nosnerland*. In huius vrbs ditio-
NES ne fodinæ auri *Roduenses* ab vrbecula *Roduâ* 4. miliaribus ab *Bistriciâ* distante.

in sep- } SEGESVARIA Germanicè *Schspurg*, ad Fl. *Kikelleuu*, vrbs
tem vr- } partim in editum collem assurgit.
bes dif- }
tribu- }
ti, }
les Ale- }
mans }
Transyl- }
uains. }

ZABESVS, seu Sabesia: *Zabes*, seu *Saasebes*, Germanicè *Millembach*, olim primaria Saxonum sedes, nunc Hungari Saxonibus hîc permixti viuunt, & hinc pendunt vndecim pagi.

CLAVDIOPOLIS, & Colosuuaria Hungaricè *Colosuuar*, Germanicè *Clausenbourg*. Iam Hungari se hîc Saxonibus admiscuerunt, & inter se optimè conueniunt, suosque eligunt magistratus.

ALBA IVLIA, Hungaricè *Gyula Feyeruar*, Germanicè *Veissembourg*, nunc Principum sedes, ideòque primaria Transyluanix, ad quam *Zarmigethusa*, vt intelligitur ex ruderibus effossis. Sita est ad Fl. *Ompaj*, qui paulò pòst cadit in Marisum *Merisch*, seu *Marons*.

VALA- } Degunt in montibus versus Valachiam, & ferè per to-
CHI } tam Transyluaniam sparsi sunt, resident tamen maxi-
les Va- } mè in prouinciola *HACZAG*, vbi vrbs eidem cogno-
laques. } minis *Haczag*.

T V R- } Temesia: *Temesuar*, ad Fl. *Temez*, sedes *Beglierbegi*
C Æ } Temesiensis.

Varadinum: *Varadin*, cuius Episcopus fuit Frater Georgius Regni Quæstor. Olim Pannonum, & Saxonum communis sedes erat.

Lippa: *Lippe*, in monte cuius radicem borealem alluit Fl. *Marifcus*, seu *Marifus*, *Merifch*, seu *Marons*.

§. 9. De Hungariâ.

OLIM numerabantur in ea 73. Comitatus, seu Regiones, qui postea ad 60. contracti sunt; eorum 25. sunt iuris Austriaci, 27. Turcici, qui tamen amplissimi; quare longè maior Ottomanica ditio, quàm Germanica. Transylvanus 8. Comitatus decerpit. Diuiditur etiamnum in superiorem versus Poloniam, & inferiorem versus Slauiam, quæ eius quoque pars est in presentia, & Hungarici Regni membrum: & vtraque iterum inter Turcas, & Austrios distribuitur.

N. V. M. I. *Superior Hungaria*, la haute Hongrie au dessus du Danube.

POSSONTVM: *Presburg*, Bofa Ottoni Frisingensi prius Pifonium à quodam Pifone, quo Tiberius Pannonos subiugauit: fortè & Flexum, quod hîc Danubius in Austrum curuetur. Iam Hungariâ Austriacæ caput est, hîcque coronantur Reges Hungariæ.

AVS-
NOUOSHULA: *Neuheufel*, ad quam cæsus Comes fortissimus Bucquouius nostrâ memoriâ: sita dicitur ad Fl. *Quuar*, nouæ tamen tabulæ eam Fl. *Gran*. affigunt.

TRIA-
NITRIA, caput Comitatus eiusdem nominis.

BISTRICIA: *Neufel* Germanicè, *Bistrik* Hungaris.

TYRNAUIA: *Tyrnauu*, ad montem *Veiffenberg*, & in viâ quâ itur in Morauiam: non adeò munita, nisi fortè vitis in fidem Catholicam bene animatis.

CA
VNGARIA: *Vnguar*, in Comit. *Vnghen*, ad Fl. *Bodroch*, qui in Tibiscum *Teiffa* influit: quâ in vrbe vestigium Hungarorum remanet.

TOKÆUM: *Tokay*, ad confluentias *Bodroch*, & Tibisci, vrbs inter firmissimas Hungariæ numeratur, in palus

- ftri loco, aggeribus præcincta.
- Eperizæ: *Eperies*, in limite Polonico in Comitatu *Aban-nyuar*, ad Fl. *Ernap*, vbi plurimi Germani degunt.
- de l'Em-
pereur.* Caffouia: *Cassa*, in eodem Comitatu, vrbs ampla & potens, in quâ Hungari & Germani fide tantum diffident; hi enim Lutherani, illi Caluinistæ.
- Fillekum: *Fillek*, vrbs munitissima in Comit. Nouigra-
diensi *Neuograd*, à Turcis occupata, sed à Christianis fortiter recuperata.
- Segedinum: *Seged*, ad Tibiscum, ereptum item Turcis.
- Cenadium: *Chonad*, caput Comitatus cognominis.
- TVR- AGRIA, Hungaris *Eger*, ad Fl. *Eger*, qui cadit in Tibiscum: arx *Erla* incubat vrbi, vnde aliquando vrbs *Erlauu* dicitur. Hic Bassa residet prohibiturus Austriacis transitum in Transyluaniam.
- CI- Temesia: *Temesuar*, ad Fl. *Temes*, de quâ in Transyluaniam diximus.
- CA } Zodnokum: *Zodnok*, ad confluentias Tibisci, & *Zagyue*, situ munitissimus locus.
- des Ot-
tomans.* } Vaccia Hungaricè *Vatz*, Germanicè *Vvatzzen*, Austriaci iuris ex fœdere, sed à Turcis perfidè occupata, quia in eorum ditionem incurrebat, prætextibus impositum vestigal flumini, vnde annonæ caritas existeret.
- Pestum: *Pest*, è regione Budæ, in campestri solo, cum Buda in edito loco; desolatum in ruinis fermè iacet.
- Coloza: *Colotza*, Archiepiscopalis sedes infra Insulam Vriam *Vr*.
- Fuldeacum: *Fuldeak*, ad confluentias Tibisci & Marisi.

N V M. 2. *Inferior Hungaria*, la basse Hongrie, ou au dessous du Danube.

- AVS- } COMARA: *Comore*, malè Samaria apud Munsterum
TRIA- } in Insulâ Schutiâ, quam idem efficto nomine Scythicam appellauit. Hic resciebant se Hungariæ
CA } olim reges: distincta est enim hæc Insula syluis, pratis, lacubus, hîcque Venatio & Piscatio celebres. Arx in eâ excitata est superiori sæculo ab Impe-

ratore, in quâ nihil desideratur à peritis.

Altenburgum: *Altenbourg*, Hungaricè *Ouuar*, hoc est *Vetus castrum*, olim tantum pagus, sed ab indigenis egregiè munitus locus.

de l'Em-
peneur.

IAVARINVM, seu Arrabo, *Iauarin*, *Rab*, & *Gior*, ad Fl. Arrabonem *Rab*, qui hîc cadit in Danubium, vrbs munitissima, capta mirabili audaciâ à D. de Vaubecouît nobili Campano.

Ab Iauarino non procul lacus *Ferteu*, Germanis *Nensfeldersee*, amplissimus & pulcherrimus.

Pappa Flandrorum seditione celebris, qui eam Turcis dedere moliebantur, quorum pars elapsa egregiam Turcis in bello Persico nauauit operam.

Sabaria: *Szombathely*, S. Martini Turonensis patria.

BVDA: *Bude*, aliter *Offen*, ita dicta, vel à Budinis populis, vel Buda Attilæ fratris, ad quam in Austrum visuntur rudera vrbs Sicambriæ, vnde ortos Sicambros fabulantur. Diuiditur iam in superiorem, & inferiorem, éstque Beglierbegi sedes.

T V R-

ALBA REGALIS: *Albe Royale*, Germanicè *Stal-Vissembourg*. Primaria postmodum regni effecta, in qua Reges inaugurabantur, & sepeliebantur: cingitur vndeque paludibus, Orientalis palus dicitur *Sosto*, Occidentalis *Inouano*.

C I-

Strigonium, aliter *Istrogranum*: *Strigonie*, seu *Strigogne*, aliter *Gran*, ad Fluium *Gran*, qui hîc hauritur à Danubio; Archiepiscopalis est. Ab hac vrbe Vesprinum vsque extenditur mons *Bachonius* *Bakon*.

C A

Vesprinum: *Vesperin*, cuius Episcopus Reges Hungariæ coronabat. Infra hanc urbem visitur lacus *Balaton*, Germanicè *Platzee*, in quem incurrit peninsula *Thia*, vbi magnifica Basilica, Regis Andreæ opus, & Mausolæum.

Petrouaradinum: *Petrouar*, vrbs castro munitissima.

Sirmium: Germanicè *Sirmich*, Hungaricè *Szerem*, ad quam mons *Almus*, hodie *Apatarro*.

Quinqueecclesiæ: *Cinq-Eglises* Gallis, *Funfkerken* Ger-

manis, Hungaris *Eutegyhazac*, Turcis *Petsken*: cui incubat mons Aureus, hodie *Megech*, vnde & tormentis verberari potest: regio supra modum ferax, vnde tantæ olim Episcopi diuitiæ.

des Ot-tomans. Sigerum: *Sziget*, hoc est Insula, cum castro in Insulâ Fluij Almi hîc stagnantis, & indormientis: castrum triplici fossa, & muro, vrbs ab Occidente duobus munitur.

Canifa: *Canise*, in finibus Sciriæ, in palustri loco sita inter Fluios *Muer*, & *Zala*, Ducis Mercurij fortitudine celebris.

CAPVT TERTIVM.

Hungaria Christiana.

IN SLA- VIA VEL SCLA- VO-	ARCHI- EPISC.	Siniensis: <i>Segne en Croacie.</i>
	SPALA- TINVS	Ænonensis: <i>Nona en Dalmace.</i>
	Arch. de Spallatro en Dal- mace.	Pharenfis, seu Lesinensis: <i>en Isle de Lesina.</i>
		Traguriensis: <i>Trau en Dalmace.</i>
	I A D E- R I N V S de Zara.	Scardonensis: <i>Scardone en Dalmace.</i>
		Tinensis: <i>Tine, ou Querca, en Bossene.</i>
		Siccensis: <i>Sebenico en Dalmace.</i>
	R A G V- S I N V S	Almissensis: <i>Almissa en Dalmace.</i>
		Arbensis: <i>en l'Isle d'Arbe.</i>
	de Ragu- se, olim Epidau- rinus.	Vegienfis: <i>en l'Isle de Veglia.</i>
Apforensis: <i>en l'Isle d'Osero.</i>		
A N T I- B A-		Stagnensis: <i>Stagno au Ragoufan.</i>
		Tribiniensis: <i>Tribigno au Ragoufan.</i>
		Cattarenfis: <i>Cattaro en Dalmace.</i>
		Rudensis: <i>Ruden en Dalmace.</i>
	Bratiensis: <i>en l'Isle de Labrazza.</i>	
	Rossensis: <i>Castro nouo en Dalmace.</i>	
Butuensis: <i>en l'Isle de Budua.</i>		
Corcyrenfis: <i>en l'Isle de Curzola.</i>		
	Scodrenfis: <i>Scutari en Dalmace.</i>	
	Drinastensis: <i>Drinasto en Dalmace, ou Epire.</i>	

Sua-

NIA	RIENSIS d'Ansb- ri.	Suatinenfis: <i>Suatim.</i>
		Polastenfis: <i>Polasten.</i>
		Seruienfis: <i>de Sierby, ou Seruie, à Belgrade.</i>
IN	STRI- GO- NIENSIS <i>Strigonie en la basse Hongrie.</i>	Agrienfis: <i>Agria en la haute Hongrie.</i>
		Nitrienfis: <i>Nitria en la haute Hongrie.</i>
		Vatienfis: <i>Vacia en la haute Hongrie.</i>
		Iaurienfis, feu Iauarinenfis: <i>Rab, ou Iauarin en la basse Hongrie.</i>
HVN-		Quinquecclefienfis: <i>Cinq-Eglifes en la basse Hongrie.</i>
		Vefprunienfis: <i>Vefperin.</i>
GA-	COLOT- CENSIS	Zagrabienfis: <i>Agram en Efcclauonie.</i>
		Varadunenfis: <i>Varadin, ou Petrouaradin en la basse Hongrie.</i>
RIA	<i>Colotze en la hau- te Hon- grie.</i>	Sirmienfis: <i>Sirmifch en la basse Hongrie.</i>
		Cenadienfis: <i>Chonad en la haute Hongrie.</i>
		Bofnenfis: <i>de Boffene à Iayza.</i>
		Posegenfis: <i>Posega en Efcclauonie.</i>
		Alba Iulienfis: <i>Veiffembourg en Transylvanie.</i>
		Bachouienfis: <i>Bakou en Valaquie.</i>

CAPVT IV.

De Admirandis Illyrici, ſue Magni Hungaria Regni.

§. I. In Illyrico.

IVMENTA in Illyrico bis in anno ſingulos parere memorant, & pleraque geminos: multa ternos & quaternos. Item lacte diurno tres ſemifextarios implere. Inſuper gallinas non ſemel tantum in die, ſed bis terve oua emittere. *Ariſtoteles in Admirandis.*

Capras & hic pedum vngues habere indiuiſos, ait ſe à quibusdam accepiffe. *Elimus in hiſt. Anim.*

Ibidem fons aquæ frigidæ, ſupra quem veſtes expanſæ accenduntur. *Ariſtoteles in Admirandis, & Plin. lib. 2. cap. 103.*

In Illyrico reperiuntur homines qui ſolo viſu facſcinent, & interimant quos diu fixis oculis intueantur. *Plinius lib. 7. cap. 2.*

Parall. Geogr. Tom. II.

Tt

§. 2. *In Dalmatia.*

SPECVS est in Dalmatiâ Slenta nomine, vasta, & præcipiti hiatu, in quam deiecto leui pondere quamuis tranquillo die similis turbini emicat procella: *Plin. lib. 2. cap. 45.*

Dalmaticæ fodinæ tempore Neronis singulis diebus, quinquagenas libras reddebant. Inuentum & hîc aurum in summo cespice. *Idem lib. 32. cap. 2.*

In eâdem Dalmatiâ Spelunca Dianæ sacra, in quâ videre licet multa corpora, quorum costæ ultra sexdecim vlnas extenduntur. *Phlegon Trallianus de rebus mirabilibus cap. 12.*

In Ardizis populis Dalmatiæ mons ex quo aqua defluit non quidem omni tempore: diu excipitur, noctu sub dio ponitur, post sex dies, ipsôque adeò sexto die in perfectissimum sal mutatur. *Aristoteles in Admirandis, & Strabo lib. 7. qui*

Tamen id fieri docet in Valle quæ disternat Autariotas, & Vardizos: contingere id tempore verno, & intra quinque dies fieri hanc concretionem. Atque etiam pro his salinis diu inter illos populos pugnatum esse.

Later Thasius, & Chius in fluuio Narone reperti sunt, quoniam mare Ægæum per cauernas in Hadriaticum penetrat. *Theopompus, & Eratosthenes apud Strab. lib. 7.*

§. 3. *In Pannonia.*

BISONS animal in Pannoniâ tantæ magnitudinis, vt in vnius pelle quindecim homines cubare possint. Ita se accepisse à quodam sene ait *Paulus Diaconus lib. 2. cap. 8. Hist. Longob.*

§. 4. *In Dacia.*

IN Dacorum pueris post quartam generationem, nota redditur quæ parentum corporibus impressa est. *Plinius lib. 7. cap. 11.*

§. 5. *In Mysia.*

TRIBALLI Mysiæ populi solo visu fascinant, & occidunt quos

diu fixis oculis intuentur, maximè verò si quempiam iratis oculis aspiciant: quod malum faciliùs experiuntur impuberes. Pupillas etiam geminas in singulis oculis habere dicuntur. *Plinius lib. 7. cap. 2. ex Ifigono.*

In ea Myfiæ parte quæ Pontica est, herba apparet, ex quâ conficitur oleum quod Medicum vocant. Ex eo excitatum incendium si aquâ obruere gestias, magis exardescit, nec aliter sopitur quàm pulueris iactu. *Solinus.*

In Dardaniâ, & Pæoniâ ranis tam multis pluit, vt incolis fuerit fugiendum. *Eustathius in Dionysium Afrum.*

§. 6. In Hungaria.

ANNO Christi 1549. grassatus est morbus in Hungariâ, quo nascebantur viperæ, serpentes ac lacerti in hominum corporibus: Sanabantur autem ægri exponentes se ad Solem, sic enim serpentes ex artubus malè affectis erumpebant. *Iobus Fincelius. Franciscus Bebecius. Agidius Aquila, & alij multi.*

§. 7. In Hungaria superiore.

IVXTA Schemnitium urbem in Comitatu Barfiensi *Bars*, ex vitibus clauiculi, & folia ex puro auro eruperunt. Certè dens puero cuidam ex auro succreuit, vt testatur *Libanius. Gaudentius Merula.*

Ad eandem urbem Schemnitium aquæ Roselinæ dictæ, in quibus canales per quos fluunt, & sedilia ex lignis facta, lapideo cortice sic obducta sunt vt prorsus lapidea videantur. *Vernherus.*

In eodem Comitatu non longè ab arce *Leuna* aqua, quæ nisi pleno vase hauriatur saporem amittit: quare vel modicum exinanito vase reliquum effunditur. Quod autem credunt si turbida offeratur ægroto, signum esse desperatæ valetudinis, si limpida futuræ sanitatis superstitiosum planè iudicat. *Vernherus de aquis Hungariæ.*

Ab hac alia non procul distat in tumuli speciem assurgens, ac subinde fluxum mutans aquâ statim lapidescente, & sic excrecente ab eâ parte quâ diu manat, vt in aliam conuertere cursum suum cogatur: quod quidem fit circuitu quodam per totam fon-

tis oram. *Idem Vernherus.*

In Comitatu Cepusensi ad radices montis vnde Vaga Fl. existit, aquæ reperiuntur quæ ferrum sic arrodunt, vt equi solea intra 24. horas absumatur: ferrum autem impurius quale ex fodinâ prodiit diu his aquis immersum, mutatur quasi in lutum, ex quo postea fit cuprum optimum. Eædem aquæ & lapidescunt, & potæ animantes necant. *Idem qui supra.*

Hic etiam aqua ex pluuiâ in terram cadens, postea vertitur in Chalcantum, seu Atramentum Sutorium *le Viriol*, quod pyramidis in morem concrefcit sensim, Stiria, instar defluens. *Idem Vernherus.*

Ibidem fons instar piscinæ stagnans, in quem iniecta ligna lapideo cortice obducuntur. *Idem auctor.*

Ad Cepusensem arcem ad ædem S. Martini fons erumpit bullienti similis, cuius murmur mirabile exaudies, si terræ aurem admoueris. Erumpit autem non tantum foras, sed etiam iter rimatur per meatus subterraneos, & quo eumque sese insinuet durefcit in lapidem: qui tamen lapis, vel pluuiâ rigatus, vel madore diuturno illitus, dissoluitur; eo autem vtuntur indigenæ viuæ calcis loco. *Idem Vernherus.*

In monte eidem arci vicino in specu aqua per hyemem fluida, æstate ita congelatur, vt refrigerandis poculis glacies inde peti soleat. *Idem.*

Item & fontes hic visuntur bibentibus animalibus lethales. *Idem Vernherus.*

In Comitatu Sarienfi *Saros*, fons in rupe aues tantum enecans. Iuxta autem fons alter erumpit aquæ acidulæ ægrotantibus hominibus grata, & salutaris. *Idem.*

Ad urbem Eperias *Eperies*, in Comitatu Abaniuariensi, fons effluit, non tantum auibus, sed etiam omnibus animalibus noxius, quare arcetur diligenter ab eo pecus. Crescit autem circa illum aconiti plurimum. Habet præterea hoc singulare, quod crescente luna crescat, decresciente minuatur: quâ de re hic dubitare nefas. *Idem Vernherus.*

Ad eandem urbem fontes falsi tantæ acrimoniæ, & saluginis, vt inde sal excoquatur, vt ilior aliis potissimum ad pisces condiendos. Vnde locus ille dicitur *Souuar*, hoc est *Salisburgum*. *Idem.*

Non procul à Cassouia *Cassa*, in eodem Comitatu fons aquæ

medicæ, quia calefit lapidibus feruefactis, qui ad illud iacent. Hæc enim vis ei imprimitur ab lapidibus illis, atque eius aqua potantibus admodum suavis. *Idem.*

Ad urbem Bistriciam in Comitatu Bistriciensi, seu Zohenfi fossinæ æris opulentissimæ, Regiæ dictæ, ubi cuniculus quidam aquam viridem egerit, ex quâ cum subsedit Chryfocolla legitur. *Idem.*

In eodem Comitatu duo fontes spleneticis manifestè medentes.

Ibidem & hiatus famosus ob pestilentes expirationes, quibus aues superuolâtes, & alia animalia propius admota extinguuntur. Id sæpe experti indigenæ apposito in perticâ cane, fele, aut gallinaceo, quibus non aliter vita eripitur quàm si strangularentur. *Idem Vernherus.*

In Comitatu Nouigradiensi *Neograd*, specus est ingens in quem supernè aqua distillans continuò concrefcit. Quare hîc quasi statuz videntur consistere. Lapidés autem illi candidi sunt, & tritium album colorem pictoribus sufficiunt. *Idem Vernherus.*

In Maromarusio Comitatu prope Transyluaniam sal natium lapicidinarum more cæditur. *Idem Georgius Vernherus.*

Tibiscus Fl. vulgò *Teiffa*, tam multos alit pisces, vt tertia pars eius, piscis esse credatur ab indigenis, ubi tamen auctor agnoscit hyperbolen. Sed hoc certissimum, mille carpiones vno tantum floreno distrahi. Paulò antequam Danubiò misceatur cum exundat, tam multos relinquit in campis pisces, vt immittendi sint porci qui eos vorent; quibus etiam absumentis hi aliquando sunt impares, vnde graues, & pestiferi halitus exoriuntur. Tuncque edicto cauetur, ne quis abscedat ex emporiis sine piscibus, ne piscatores destitutione emptorum percussî, clanculum piscibus relictis inde se subducant. *Idem Vernherus.*

§. 8. In Hungariâ inferiori.

PROPE Budam in Thermis superioribus piscinæ calidæ visuntur, in quibus nascuntur, & viuunt pisces, qui in frigidam translati emoriuntur. *Georgius Vernherus in mirabilibus aquis Hungariæ.*

Iuxta Strigonium, quam urbem Istrogranum nuncupat, fons in piscinulam influit, in quâ mediâ etiam hyeme ranæ coaxant. *Idem Vernherus.*

Ad Comaram Thermæ calidæ sine certo fonte aluicum Danubij sequuntur, & vt is crescit, aut decrefcit, ita aut recedunt, aut accedunt. Solent autem quo magis exundat fluuius, hoc longiùs recedere: quare iis qui lauari volunt subinde alias, atque alias scrobes fodere, & quasi puteos aperire coguntur. *Idem.*

§. 9. *In Croaciâ.*

VSKOKI in Croacia Damarum ad instar, ex collibus in colles volitant mirâ, & suprâ quàm credi possit, velocitate. Vtuntur autem ad illos saltus calceis ex funibus confutis. *Soranzo part. 2.*

§. 10. *In Dalmatia.*

In hâc regione oues in anno bis pariunt, immo etiam ter si diligentiori curâ tractentur; quod obseruauit Aristoteles in Admirandis. *Vicentius Pribeno de origine Sclauorum.*

Ad urbem Sebenicum sub Eugenio IV. Pontifice, homo inuentus est qui ex mari prodierat, ad mare puerum trahens. *Nierembergius.*

In agro Ragusino lacus existit ex aquis in vallem confluentibus, vbi plurimi pisces licet eius aqua quotannis exsiccet, quo tempore hîc seritur hordeum, & legumina cum vberissimo prouentu. *Boterus: & Dominus de Beauuan.*

Pisces qui capiuntur in prædicto lacu, adeo pingues, vt de cocti in aquâ purâ, in adipe elixati esse videantur. *Daustus in Imperiis.*

Ad mare Ragusini incuruant arborum ramos, qui post duos annos sic onerantur ostreis, vt fidem numerus superet. Idem etiam contingit si fasces in mari demersi duobus aut tribus annis detineantur. *Idem.*

§. 11. *In Boffenâ.*

REGIO hæc bobus abundat, & ouibus, quæ si hîc interficiantur macilentiores sunt, & nullius succi: si verò in Italiam transferantur, & pasqua gustauerint circa Athesim, illico impinguantur, & fit optimi saporis earum caro. *Auctor Rerump. & Imperiorum.*

§. 12. *In Seruia.*

IVXTA Nissam planities vliginosa ad aliquot leucas patet, in quâ Oryza rubra crescit, cùm alibi crescat semper alba : sed rubra hæc deterior censetur albâ. *Rauisus in sua Cosmogr.*

§. 13. *In Valachia.*

PROPE Trescortium urbem oritur ex terrâ bitumen, ex quo Valachi candelas, & faces vulgò conficiunt, cereis non absimiles nisi quòd paulò fusciores. *Ananias tractatu primo.*

§. 14. *In Transyluania.*

HIC piscinæ salæ stagnant, à quibus omne pecus diligentissimè solet arceri; quoniam experienciâ compertum est nimio haustu ex salugine excitato enecari. Insunt tamen iis aquis pisces saporis exquisitissimi, carne duriusculâ, adeoque dulcis aquæ impatientes, vt in eam iniecti continuò exanimentur. *Georgius Vernherus de mirabilibus aquis Hungaria.*

In quibusdam locis Transyluanicæ profeminatum secale *du segle*, mutatur in frumentum: cùm tamen alibi frumentum potius in secale degeneret. *Auctor Rerump. & Imperiorum.*

Ad ripam Marisij fluuij sal extat supra terram ad instar scopuli: immo & fluuij alueus non longè ab oppido Thorda ex sale constat. Atque etiam dum terra circumposita profcinditur, aratores sæpe vomerem in glebas salis impingunt. *Vernherus.*

In fodinâ salis Desiensi ante aliquot annos excisum est ex medio sale robur trabi persimile, tantâ duritie, vt vix ferro cædi posset. Sed extractum ex fodinâ intra dies quatuor ita computruit, vt digitis concerpi, & conteri posset. *Idem Georgius Vernherus libello tam sæpe laudato.*



LIBER TERTIVS.

De Græcia Antiqua.

R

EGIONEM describemus hoc libro *viribus, & dignitate orbis terrarum principem*, inquit ex Trogo Iustinus lib. 8. quæ hoc versu reddit Manilius,

*Maxima terra viris, & fecundissima doctis
Vrbibus.* —

Ex quâ, ait Plinius, omnis litterarum claritas effulgit: ideoque non leuiter videtur attingenda.

Porro totum hunc ingentem tractum vno Græciæ nomine appellauimus: quoniam Aristoteles i. Meteoron Macedoniam, Epirum, Achaiam, & Peloponnesum Græciam ἀρχαίαν vocat, quibus & in Politicis adiungit Cretam. Posterioribus autem temporibus in Thraciâ Constantinopolis condita, Thraciam quoque adiunxit Græciæ. Nos autem methodi gratiâ hanc Regionem in duas partes distribuemus, Macedonicum Regnum, & Græciam Veram, quæ huic libro materiam sufficient; & Græciam recentiore, quæ libro sequenti.

GRÆ- CIA	MACEDO- NICVM REGNUM	{	MACEDONIA. <i>Pella.</i>
			THESSALIA. <i>Larissa.</i>
			EPIRVS. <i>Ambracia.</i>
AN- TI- QVA	GRÆCIA VERA	{	THRACIA. <i>Byzantium.</i>
			ACHAIA. <i>Athene.</i>
			PELOPONNESVS. <i>Corinthus.</i>
	IN- SV- LÆ	{	MARIS
			ÆGÆI
			MARIS
		{	<i>Creta.</i>
			<i>Eubœa.</i>
			<i>Cyclades, &c.</i>
		{	<i>Corcyra.</i>
			<i>Cephalenia.</i>
			<i>Zacynthos, &c.</i>

CAP.



**GRÆCIÆ
DELINEATIO**

NOVBB

CAPVT PRIMVM.

Regni Macedonici Historica.

MACEDONIÆ regnum ante Philippum Alexandri patrem angustum fuit, & vix vltra Macedoniam extensum, ac sæpe Barbarorum excursionibus patuit. Philippus hoc amplificare cœpit, eique primùm adiunxit Thessaliam, cuius vsus equitatu, partem Epiri occupauit, sicut & Thraciæ. Verùm totius Thraciæ subactæ gloria, eius filio Alexandro referuabatur, cuius virtute non modò Græcia, sed & tota Asia, & pars Africæ Macedonibus succubuit.

§. I. *Macedonia.*NVMERVS I. *Nomen.*

LIVIVS lib. 40. ait primò PŒONIAM vocatam esse, *videlicet à Pœonibus populis, qui ad Rhodopen accolunt.* Deinde ÆMONIAM; ac denique MACEDONIAM. Quod extremum nomen à Macedone quodam profectum volunt, de cuius origine varij varia tradunt. Ex Berofo, & Iustino priùs est dicta ÆMATHIA, quàm Macedonia, ab Æmathione rege. Colligitur etiam ex Plinio dictam esse PIERIAM: ac postremò MACETIAM, vt vult Eustathius à Macetiâ, eius portione.

Obseruabis hîc diligenter, aliquando Macedoniam cum Thessaliâ confundi: quare mirum non esse si eadem Thessalia, aliquando Æmathia, & Æmonia nuncupetur.

NVM. 2. *Quantitas.*

Latitudo eius desumitur à montis Orbeli iugo, ad montem Pin-dum: estque iuxta positiones Ptolemæi 2000. stadiorum.

Longitudo à Dyrrhachio ad montem Atho 2500. stadiorum.

NVM 3. *Qualitas.*

HÆC regio nobilissimos equos aluit. Quare Rex ad urbem Pel-lam triginta equarum millia, & trecentos emissarios equos habuit.

Feris quoque refertissima fuit, ideoque Macedones venationi deditissimi fuere.

Fodinas quoque auri nobiles habuit; ex quibus vt ex Thracicis, Diodoro teste, Philippus quotannis mille talenta sibi confecit, quibus diuitiis vicinos subegit.

N V M. 4. *Mores.*

DEDITISSIMI erant venationi Macedones. Quare testatur Hegesander neminem apud eos inter conuiuas discubuisse, nisi extra retia Aprum confecisset. Vnde Cassander anno ætatis 35. vescebatur priuatim apud patrem, quoniam hoc certamen nondum absoluere potuisset. Si quis Regi tetendisset insidias, ipse cum omnibus propinquis necabatur. Reges tamen suos non adorabant, sed ei tantum submittebant sese, vt ex Curtij lib. VI. discimus. Matrimonia sic contrahebant: panem gladio diuidebant sponsum, eumque sponsum & sponsa attingebant. In bello utebantur armis exquisitis, ac ferè deauratis, vt ait Plutarchus in Æmilio. Nihilominus in castris seuerissimè vivebant: *fatigatis humus cubile, cibus quem occupant satiat, tempora somni arctiora, quàm noctis,* inquit Curtius lib. 3. Eorum Phalanx terribilis erat, in quâ *heret pede pes, densusque viro vir.* Constabat ex 8. millibus peditum rigens hastis vndequaque, & in Rhombum disposita. De euolutione Macedonicâ, legantur rei militaris scriptores. In castris si quis furatus esset ab obuio quolibet occidi poterat, item & qui ordinem deseruisset *Arrianus* lib. 4. Militiæ tam periti milites quàm duces. Fuit quondam lex apud illos, vt qui hostem in bello non occidisset capistro ligaretur, ex *Aristotele*. Conuiuia magna celebrabant, vt ex *Athenæo* liquet lib. 4. de nuptiis Carani. Sub initium conuiuij sæpe se inebriabant, & hinc ferè matrimonia sua contrahebant, *Curtius* lib. 8. Inter Deos summo cultu venerabantur Dianam, item & Herculem ex quo suos Reges oriundos putabant, vtrumque habes ex *Plutarchi* Æmilio.

N V M. 5. *Politia.*

MONARCHICVS status in Macedoniâ fuit: Rex primus si velimus omittere fabulas Caranus, qui Argis profectus occupauit Regnum. Ab eo oriundus decimus sextus Philippus, secundus nomine, cui celebritatem suam hoc regnum debet, quam postea filius eius Alexander huius nominis tertius per orbem vniuersum sparsit. Post Alexandri interitum varias expertum vices in Perseo superato atque triumphato redactum est à Romanis in formam

prouinciæ, & in quatuor partes distributum, cum totidem legionibus in eius custodiam relictis. Quomodo autem sub Imperatoribus posterioribus sit administrata Macedonia, diximus ex Notitiâ Imperij libro superiore.

§. 2. *Theſſalia.*

N V M. 1. *Nomen.*

DICTA est THESSALIA à Theſſalo quodam, de quo non conueniunt ſcriptores; Strabo enim filium Æmonis hunc facit: alij patrem eiusdem Æmonis, cuius filium Phthium fuiſſe volunt, unde regio Phthiotis, quam tamen Stephanus à Phthiâ muliere, alij à Phthio Neptuni, & Lariffæ filio appellatam malunt. Velleius Paterculustamen lib. 1. à Theſſalo Theſprotio Theſſaliam nuncupatam ait, qui Achæorum pulſorum ex Peloponneſo Dux, auctor eis fuit occupandæ telluris Pelasgorum. Dicta ergo fuit etiam

PELASGIA à Pelasgis populis barbaris, vagis, & immanibus, qui agrum à Peneo Fl. ad Thermopylas incoluerunt, & *Pelaſgicum Argos*, appellauerunt, dicti aliter Myrmidones, Hellenes, & Achæi. Item etiam olim dicebatur

PYRRHOEA à Pyrrha Deucalionis vxore, vt vult interpres Apollonij. Addit Strabo lib. 9. olim in duas diſtributam eſſe partes tempore Deucalionis, eique meridionalem partem obtigiffe, quam de matris nomine *Pandoram* appellauit, alteram *Ænonie* nomen habuiſſe.

N V M. 2. *Populi.*

PRÆCIPVI, & celebratiſſimi apud ſcriptores ſunt Pelasgi, Myrmidones, Magnetes, Lapithæ, Centauri, Minyæ: item etiam Dolopes, qui commodiùs in Epirum reiiciuntur.

PELASGI à Pelasgo Argiuo nomine acceperere, ait Staphylus, qui cum in Theſſaliâ conſediſſet eam de ſuo nomine dixit. Euthathius eum Æmonis & Lariffæ filium facit, & ei fratres tribuit Phthium, & Achæum. Fortè idem eſt cum eo, cuius meminit Pauſanias, qui primus tuguria & ciborum meliora genera dicitur inueniſſe, ſed de iis accuratiùs Num. 5.

MYRMIDONES primùm in Æginâ Inſulâ nati ex formicis vt

docent fabulæ; vt historia, in antris delitescentes. Ab iis omnes Thessalos appellatos Myrmidonas asserit Philostratus, olim magni nominis, quoniam Achilles comites extitere. Dicebantur aliter *Γεγυροι*, vt dicemus parte secundâ huius libri.

MAGNETES incolæ Magnesiæ à Magnete filio Æoli sic appellati. Horum regio apud Flaccum *Magnes campus* nominatur, *Æmonta* apud Ouidium, vt credit Ortelius; apud Ptolemæum *Pteriam & Pelasgiam* comprehendit.

LAPITHÆ Pindum & Othryn montes olim incoluerunt, & Pyriouthou Principem agnouerunt. Tribuitur iis primus vsus fræni apud Virg. 3. Georg. *Frena Pelethronij Lapithæ*, &c. An sic dicti à Lapithea Periphantis filia, an à Lapithâ filio Apollinis & Stilbes, dubium est.

CENTAVRI montem Pelion accolebant, & castrum Nephelen, vnde fabulæ locus. Primi equos domuisse dicuntur, vnde quoque fabula. Dicti à Græco *κενταύροι*, quòd stimulo boues impellerent.

MINYÆ quoque Thessalis adnumerantur: Argonautarum filij à Strabone dicuntur *Μινυοί*: & verò à Poëtis Argonautæ ipsi Minyæ nominantur. Ita nuncupantur à Minyeo Thessaliæ fluuio qui postea dictus est Orchomenus. Alij malunt à Minyeo vrbe *Bæotia*, quæ item Orchomenus postmodum appellata est.

N V M. 3. *Quantitas.*

Latitudo ab ostio Ludia fluuij ad montem Oetam 775. stadiorum.

Longitudo à Breteccio monte ad Sepiam extreimam 1800. stadiorum.

N V M. 4. *Qualitas.*

HERODOTVS in Polyhymniâ, seu lib. 7. tradit, credi vulgò totam olim Thessaliam stagnum fuisse, & quamquam per eam flumina decurrerēt, nulla tamen habuisse nomina. Neptunum autem fecisse conuallem, per quam Peneus Fl. in mare deflueret; vnde fabulæ locum datum esse, Neptunum hîc terras quaterere: neque opus fuisse terræ motu, vt ostia Penei diducerentur. Plato autem, Seneca, & Athenæus asserunt Ossam, & Olympum montes terræ motu à se inuicem recessisse, & huic flumini ad mare viam aperuisse. Cæterùm quàm amœna deinceps fuerit Thessalia, & quàm ferax colliges ex loco quem vocant *Thessala Tempe* inter

prædictos montes quos Peneus interluit, quorum descriptionem habes apud *Ælian* 3. Vari. cap. 1. Item multa ex diuersis auctori- bus collecta apud *Ortelium* ad calcem *Parergi*. Exinde factum ut loca peramœna omnia dicerentur *Tempe*.

Abundabat *equis* hæc regio, vnde & *Theffali* optimi equites habebantur: ideóque summopere affectata à *Philippo Macedo- ne* *Theffalia*, ut ope equitum *Theffalorum* maiora moliretur.

Habuit etiam & *Auraria Metalla*, ut loquitur *Iustinus* lib. 8. quæ *Philippus* occupauit, iisque vsus est ut conflaret *Philippeos*, qui- bus *Græcos* labefactauit.

N V M. 5. *Origo.*

PELAGI origine *Arcades* nomen habent, vel à *Pelafgo Rege*, vel ita dicti sunt quasi *Pelargi*, hoc est *Ciconis*, quia turmatim per vrbes *Græcas*, atque *Barbaricas* quondam errauere. Et primum quidem habitauere *Achaicum Argos* propemodum sex ætates: deinde in *Æmoniam* Ducibus *Phthio* atque *Pelafgo* transierunt. Hic cum vixissent 6. quoque ætates, eiectioni sunt à *Curetibus*, & *Lelegibus*, qui *Ætoli*, & *Locri* dicti sunt, pulsique secesserunt partim in *Insulam Cretam*, *Cycladas*, *Lemnum*, *Imbrum*, *Hestiotidem*, *Bœotiam*, *Phocidem*, *Eubæam*, *Hellepontum*, *Asiam*, vbi incoluere *Mœoniam*, partim ad *Dodonæos* consanguineos suos: quibus cum se graues viderent in *Italiã* transmisere, vbi & se *Aboriginibus* coniunxere. *Achæi* demum *Theffalo* *Theffalio* duce in *Pelafgorum* regionem commigrarunt, eamque cum de *Ducis* nomine dixissent perpetuam elegere sedem.

N V M. 6. *Mores.*

QVAM fuerint *Theffali* splendidi, atque diuites, inde potissimum intelliges, quod eorum deliciis maximè euocatos *Perfas* tradat *Athenæus*.

Primi omnium mortalium signasse monetam auream, & argenteam perhibentur. *Plinius*.

Magia quanto hic in vsu fuerit leges apud *Plinium*, lib. 3. cap. 1. vnde artes *Theffalæ*, & *Theffalicae artes* pro *Magiã*, & *Magis* vsurpatæ sunt. Harum *Magarum* hoc erat proprium, ut suis incantationibus de cælo *Lunam* detraherent.

Vfos fuisse *Theffalos* longiori stolâ, quæ postmodum à *Tragæ-*

discretenta est, vt tradit *Strabo lib. 9.*

Non licebat hîc Ciconias interimere, quoniam regionem à serpentibus purgant, inquit *Stephani Epitomistes.*

Thessalis πολυφαγία veteres omnes exprobrarunt, & turpissimam ingluuiem. Quare abiere in Prouerbum *καπανιγία*, hoc est *plaustralia frustra*, & Thessalia dicta est *ἐνθεσις*, hoc est *grande frustum*, ob carnes, quas in magna frustra & tricubitalia diuidebant. Vino deditissimos fuisse, innuunt Lapithæ, quorum conuiuia tumultus & rixarum plena, dederunt Parœmiæ locum. Quàm luxuriosi fuerint docet Laïs Meretrix, cuius vestibulum vino conspergere soliti erant, idcôque à Matronis Thessalicis interempta est.

Fraudulenti, & dolosi apud vicinos audiebant. Homerum popularem suum fuisse contendebant.

Præcipuos inter nobiles *Alcæades* appellabant. Equestrem militiam magni faciebant: Aciem in Rhombum efformabant, qui inde Thessalicus dictus est. Inuenisse equo fræna perhibentur Lapithæ. Centauri verò tam aptè equis institerunt, vt eques cum equo vnum corpus constare videretur, vnde fabulæ de semiferis locus.

Pueri nobiles hîc deuouebant crines suos fluminibus, vt Achilles Sperchio.

Mancipia sua *Penestæ* appellabant: sed hi Penestæ plerumque dominis suis fuere ditiores, de quibus lege Aristot. 2. Polit. cap. 7.

NUM. 7. *Politia.*

NON est facile expedire antiquum Thessaliæ statum politicum, vtpotè fabulis implicatissimum, de quo pugnantia leguntur multa. Quis enim hîc quidquam certi statuatur de Admeti regno cuius greges paut extorris Apollo? quis de Iasone, Pelia, Achille, vt prætermittam Phlegiam, Ixionem, Salmonem.

Thucydides lib. 4. ait Thessalos ex patrio instituto *δυναστία* potiùs, quàm *ισονομία* vsos esse. Et lib. 1. meminit Orestis filij Echecratidæ Thessalorum regis. Postea tamen instar Græcorum videntur in varias distracti Resp. vt colligitur ex 6. Hellenicæ Xenoph. Quando qui præerat urbibus *Τάγος* dicebatur, & ille *πρωτεύου* regere *Reipublicam*. Demùm Iason Tyrannidem occupauit, & exinde mutauere Tyrannos sæpe, non extinxere Tyrannidem Thessali; donec *Alcæades* Philippum Alexandri patrem

euocarunt, à quo primùm libertate donati, eâdem postmodum exuti sunt. Restitere tamen donec Alexander Magnus Thessaliæ Princeps electus regionem hanc sceptro Macedonico adiunxit. Deuictò autem Persco Rege in prouinciæ formam cum Macedoniâ transit.

§. 3. *Epirus.*

N V M. I. *Nomen.*

Ἐπειρος, vt vulgò scribitur, aut *ἠπειρος*, vt vult Stephanus, *continens*, quasi *ἀπειρος interminata*, propriè sumitur apud Homerum, vt ait Eustath. in 2. Iliad. pro eâ regione quæ est ultra Ithacam, & Cephalleniam. Olim quoque dicta est *ORICIA*, vt tradit Dionysius Afer ab Orico vrbe, & portu. Item & *DODONA* à Thrasylulo Historico asserit Homeri Scholiastes, à Dodone Iouis filiâ, nomine mutuato.

N V M. 2. *Populi.*

MOLOSSI primi populi huius tractus, à quibus & dicti canes ferocissimi, quorum veteres meminere.

CHAONES gens Thracia, & Barbara, vt ait *vetus interpret Aristophanis*: vel vt ait *Aristoteles* in Politicis ab Oenotriis populis originem traxere. Ab *hiando* sortiti sunt nomen, vt *interpret Aristophanis* asserit.

THESPROTII ita dicti à Thesproto Laocoontis filio. A Lycophrone, Alexander M. Thesprotius appellatur, ab Olympiade matre Epiroticâ.

AMPHILOCHI nomen accepere ab Amphilocho filio Alcæonis. Apud eos defluebat fluuius Inachus in Ambracium sinum cadens, aut vt volunt fabulæ in Argiam arcanis cuniculis subiens in Inachum Argium.

ACARNANES olim in Pleurone vrbe Ætolix habitauerunt Homero teste, atque ita dicti quòd crinibus intonsi essent. Quia Curetes ex Eubœâ crines anteriores deponerent, ne caperentur ab hostibus: & cum hi Curetes in Ætoliam transmigrassent, vicinos sibi populos Acarnanes nuncuparunt. *Pausanias* tamen ab Acarnano Heroë dictos contendit: Stephanus autem & Plinius Acarnaniam prius dictam esse *Curetim*. Euocati sunt Acarnanes ab Amph-

phi-

philochis, & ab iis linguam Græcam didicerunt; ita *Thucydides*.

ATHAMANES: de his plura dicemus in Moribus, & Politia.

DOLOPES à quibus Climene ciuitas, Dolopis appellata est, & Regio. Hæc autem concessa est à Peleo Phœnici, cui & filium Achillem nutriendum commisit. Legatur *Homerus* 9. Iliados. Dolopiam urbem fuisse Scyronem tradit *Didymus* ad xi. Iliad. Dolopes autem fuere peritissimi fundibularij, vt tradit *vetus interpres Pindari*.

NVM. 3. *Quantitas.*

LONGITVDO Epiri à iugis *Acrocerauniis*, ad *Acheloi* fluuij ostia est 1700. stadiorum.

LATITVDO à *Leucade* extremâ ad *Pindum* montem 625. stadiorum.

NVM. 4. *Qualitas.*

ABVNDABAT olim Epirus bobus, ideóque *εὐβοτος* *pascuis* abundans nominata est, vt ait ex *Arriano* *Eustathius*. Qui etiam credit *Geryonis* boues non ex *Iberiâ*, sed *Epiro* abductos esse. Certè interpretes *Aristophanis* atque *Theocriti*, *Epiroticos* boues putant *Geryonis* *σπαργίς*. Hi porro boues erant admodum proceri, latis & amplis naribus, vnde notat *μεγαλοείης* dictos, & *λαείης*, à particulâ Græcâ *λα* intendente, vel à *Larino* bubulco. Iis autem nutriendis sufficiebant herbas montes interiecti inter *Macedoniam*, & *Thessaliam*, in quorum iugis campi patentes, & aquæ perennes. Eos *Pindari* interpres *επρωνας* vocat à *Dodone* ad *Ionium* mare extensos.

Laudantur & canes ex *Chaoniâ* regione apud *Athenæum* *Molossi* dicti, prognati ex *Vulcani* cane animato, quem *ἀφουκτον* Poëtæ finxerunt.

Quàm fuerit Epirus populosa, & diues intelliges ex facto *Pauli Æmilij* apud *Liuium*, qui in eâ vno die 70. vrbes cepit quæ ad *Perseum* defecerant, ac mœnibus spoliauit; abducit 150. millia capitum cum tantâ prædâ, vt in singulos equites 400. denarij, in pedites 200. distribuerentur.

NVM. 5. *Mores.*

EPIROTÆ olim falsis carnibus non utebantur, vt tradit *Pausanias*.

Parall. Geogr. Tom. II.

XX

Omnes erant bellicosissimi; eorumque fortitudinem Romani probauere, atque demirati sunt.

Apud *Athamanes* vxores colebant agros, dum viri oues & boves pascere; *Heraclides*.

Acarnanes nutriebant comam & fundâ peritissimè utebantur. Item optimi erant Pancratiastæ, & eorum primus imagine donatus est Polycles, operâ Lisippi, vt scribit *Pausanias*.

N V M. 6. *Politia*.

REGES Epiri ab Æaco, Rege Insulæ Æginæ, se prognatos gloriantur. Eorum primus memoratur Pyrrhus Achillis filius, cum regnum patrum perdidisset, dum distinctur Troiano bello. Aliquam tamen eius partem concessit Heleno filio Priami vnâ cum Andromache Hectoris vxore, videlicet Chaoniam prouinciam. Heleno successit filius Molossus in parte regni, quæ ab eo Molossis, aut Molossia nuncupata est. Eo sine liberis mortuo regnum occupauit Piales, vnde Reges Epiri propagati sunt. Famosi sunt Arymbas qui Athenis nutritus est, & eius filius Neoptolemus pater Olympiadis, & Alexandri primogeniti, qui in Italiâ cecidit: at eius secundogenitus Æacides Pyrrhi pater fuit, cuius operâ Epirotarum gloria viguit. Tandem Macedonia regno Regnum Epiri vnitum est, quo deleto Romanis cecidit. Nihilominus exinde memoratur Rex in Athamaniâ, qui à præfectis Philippi eiectus fuit. Quomodo autem Romanis ceciderit, & eorum auaritiæ patuerit, diximus in *qualitate* Epiri, vbi de eius diuitiis egimus.

§. 4. *Thracia*.

N V M E R V S I. *Nomen*.

Dicta est Thracia teste *Stephano* à Nymphâ Titanis filiâ, ex quâ Saturnus Dolongum filium suscepit. Hanc incantatricem fuisse ex *Arriano* docet *Eustathius*.

Antea vocabatur PERCA & ARIA, vt vult idem *Stephanus*; vt *Suidas* ODRYSE. CRESTONA apud *Lycophronem* vt censet *Tzetzes*; SCYTHON vt *Erithræus*, vnde *Scythonis vnda* pro mari Thracio apud *Quidum* legitur. De variis incolarum nominibus

lege Ortelium in Thesauro ad vocem *Thracia*, vt Thyni, Strymonij, Bardi, Dolongi, quorum veteres meminere. Neque putabis in scriptores mediæ ætatis irrepsisse mendum dum *Trachiam* pro *Thraciâ* leges.

N V M. 2. *Populi.*

COMMEMORABO præcipuos duntaxat, & quorum in scriptoribus crebrior mentio.

BESSI, gens latrociniis dedita vulgò *λῆσται* cognominati; ab Herodoto, & Solino Nesso flumini affiguntur; à Strabone, & Liuiio ad Æmum montem; inter vtrumque spatium eos collocat Eutropius, qui eorum urbem vocat Vscudamam, quæ postea Hadrianopolis: *πτερχοίται*, & *πτεράκωμοι*, apud Stephanum dicuntur. De eorum Principe Rabocento vide Tul. in Pison. n. 84.

DENSELETHÆ Thracum generosissimi, & Romanis addictissimi, quorum operâ C. Sentius prætor reliquorum Thracum vires, & arma elusit: sed laceffit à Pisone Macedoniam Theffalonicam vsque depopulati sunt; vide Tullium loco suprâ laudato. Eorum regio postea Danthelctica nuncupata est.

MÆDI, apud Liuium, & Strabonem *Medi*, quorum vrbs *Tamphorina*; vicini erant Macedonibus, & ad hos transgressi, vt ait *Stephanus*, *μαῖδοὶ Ἰθυνοί* nuncupati sunt.

ODRYSÆ populi Thraciæ celeberrimi, à quibus Thracia dicta est Odryfia. Quid potuerint illi populi, & de eorum regibus apud Thucyd. lib. 2. discas. Circa Hebrum collocat eos Solinus: apud scriptores mediæ ætatis Hadrianopolis in Odrysis collocatur, sic locutus est *Metaphrastes*. Non possunt eorum assignari limites, quia olim latissimè regnarunt: ineptè recentior quidam eos ad Multuos ablegat.

N V M. 3. *Quantitas.*

AMPLISSIMI fuerunt olim Thraciæ limites, si quidem gens Thracum maxima post Indos dicitur apud *Herodotum*. *Plinius* eos ad Istrum vsque porrigit, *Appianus* necit Illyriis, *Ammianus Marcellinus* in Thraciâ Scordiscos locat. Versus Meridiem, alij ad Atho montem, alij ad fines Peninsulæ Pallenes promouent. Quidam ad Olympum montem quem Thraciæ, & Macedoniae limitem assignauit *Eratosthenes*: immo & ad Achaiam vsque atque Bæ-

tiam, vt ex *Thucydide* liquet. Hæc è obseruauit ne mireris si pleraque loca Thessaliæ, & Macedoniæ locari audias ab antiquis in Thraciâ, vt montem Othrym. Denique vltra Hellespontum Thraciæ nomen peruasit, siquidem pars Bithyniæ Thracia Asiatica apud aliquos legitur. Taceo hîc Cariam Thracicam, cuius *Pausanias*, & Thracas Sarapetas supra Armeniam quorum *Strabo*, meminere.

Hîc autem pressius Thracia & magis propriè sumitur, quatenus Strymone Fluuio à Macedoniâ, Æmo monte à Mæsia dispefcitur, quæ communior est veterum sententia. Rarior enim illa, quæ apud *Strabonis Epitomissem* legitur, os Fl. Nessi limitem esse Thraciæ.

LONGITVDO Thraciæ à connexionem Hæmi, & Orbeli Montium ad Byzantium 2500. stadiorum.

LATITVDO ab extremâ Chersoneso Thraciâ Anchialum vsque 2000. stadiorum: vtrumque ex *Ptolemaeo* colligitur.

NVM. 4. *Qualitas.*

A *Pomponio Melâ* describitur paulò incultior, & cælo, & solo, ideóque infœcunda, & frigida, nisi quâ mari propior est: item & eorum quæ feruntur malignè admodum patiens: pomiferas arbores hîc raras esse asserit: vitem frequentius tolerare, tamen fructus eius non nisi cultorum industriâ, & obtectu frondium maturare, atque mitigari.

POPVLOSAM describunt Thraciam veteres omnes. *Mela* feracem hominum maximè vocat; *Pausanias* ei primas post Galliam concedit in hominum frequentiam: Sic fortè intelligendus *Herodotus*, cum maximam hanc gentem post Indos docet.

VINI feracem arguit *Lycurgi* Regis factum: & quia canit *Homerus* vinum ex Thraciâ ad naues Achiuorum delatum esse. Et verò apud *Plinium* fit mentio cum laude vini Maronei; & vitiferam fuisse Thraciam circa Bibliam; hoc est Oesymnam, tradit *Athenæus*.

SALE carebant Thraces, & mancipia pro sale distrahebant; unde sale empti nullius precij serui nominati sunt.

AVRI FODINÆ erant in monte Pangæo, quarum meminit *Xenophon*; & circa Philippos, quarum mentio apud *Strabonem*. Fo-

dinas quoque Argenti hîc laudat *Instinus* à Philippo Macedone affectatas, ex quibus multum sibi pecuniæ confecit.

N V M. 5. Mores.

THRACES *asser* fuerunt, & *feroces*, ut omnes antiqui prodiderunt. *Florus* docet primum captos catenas suas moribus tentasse.

Lugebantur apud eos puerperia, & primum nati deslebantur. Putabant quidam eorum, animas immortales esse, alij mortales, & hoc satius esse iudicabant. Liberos suos ab infantiâ indurabant ad labores: quare colore fulvi, & cærulei à *Glem. Alexandrino* describuntur. *Homerus* comatos, *Pollux* in vertice crinitos, dixerunt: punctos habere vultus apud eos gloriosum iudicabatur.

Licet illorum aliquos caruisse vxoribus cecinerit *Homerus*, arguitur tamen à *Strabone*: & *Heraclides* in *Politiis* tradit quoslibet sibi tres, aut quatuor iungere, nonnullos etiam 30. sed iis tanquam famulis uti. Item mercede datâ quasi à parentibus locari, si non placeant mercede redditâ recipi à parentibus, easque cum reliquis liberis hereditatem adire.

Bellicosi erant Thraces omnes, ideoque eorum regio Marti sacra. Vtebantur in bello longioribus Romphæis, ut testatur *Liuius*; Cassides ex vulpinâ pelle conficiebant. Ex prædâ viuere gloriosum ducebant, item & otiosum esse, Agricola ab iis contemnebantur. Ibicumque non timent sanguinarios esse Thraces ait *Thucydides*. Ebrietati deditos asserunt omnes antiqui, & aut vino se inebriasse, aut Brito, quod potionis est illis genus apud *Athenæum* ex hordeo frugibusque confectum, aut certè seminibus in ignem iactis, quorum nidor hilaritatem parit, ebrietati similem; sic *Herodotus*, & *Mela*. Mel vino miscuisse docet *Plinius*: *Suidas* vini reliquum quod hauriri non posset in comotationibus effudisse. Usque ad eum stupidos hîc fuisse populos memorant, ut ultra quatuor numerare, & numerata retinere non possent.

Deos colebant Martem, Liberum, Dianam, Mercurium & indigenam Deum *Plistorium*, sic *Herodotus*: addit *Amm. Marcell.* Bellonam; quibus ait *Eusebius*, homines immolasse antequam susciperent bellicam expeditionem. Cùm tonabat, aut fulgurabat, in cælum sagittas torquebant, Deo minantes, quia nullum esse præter suum credebant. Reliqua de moribus Thracum ex *Herodoto*, *Mela*, *Athenæo*, *Solino*, & aliis colliges.

NUM. 6. *Politia.*

MAGNA pars Thracum *αὐτόνομος* est, *suis legibus viuit*, inquit lib. 2. *Thucydides*: quidam tamen regibus paruere, quorum nomina leguntur in fabulis. Illiusmodi fuere Lycurgus, Diomedes, The-reus, Rhesus, Polymnestor. Meminit iam laudatus *Thucydides*, Teræ qui pater fuit Sitalcis Atheniensibus amicissimi, qui primus Odrysarum amplificauit Imperium, & supra reliquos Thraciæ Reges, & Dynastas elatus est. Perit is in bello contra Triballos, ait *Diodorus Sic.* lib. 12. & conscripsit cccx. peditum millia, equitum millia quinquaginta. Postmodum, inquit *Iustinus*, Philippus Alexandri M. pater, electus à duobus Regulis arbiter, magnam Thraciæ partem occupauit: totam obtinuit eius filius Alexander. Perseuerarunt tamen aliqui Reguli vt ex Lysimachi rebus gestis liquet. Immo perdurarunt vsque ad Augusti tempora; qui ex occasione dissidij inter duos fratres in Thraciam irrupit. Sub Tiberio domiti, & triumphati Thraces per Popæum Sabinum: sub Claudio in prouinciæ formam Thracia redacta est. Antea tamen sic Thraces agnoscebant Reges suos, vt iis ex libidine tantum parerent, inquit *Tacitus* 4. *Annal.* Belligerabant duntaxat contra accolas, non contra exteros. Quantum autem copiarum educerent vidimus in Sitalce, cuius potentiam intelliges ex eo quod tradit *Diodorus Siculus*: videlicet eum quotannis vectigalium nomine supra mille Talenta collegisse.

CAPVT II.

Macedonia Geographica descriptio.

LIIVS libro 45. ait à Paulo Æmilio deuictam Macedoniam in quatuor partes diuisam esse, quas eò loci accuratè describit: & primæ quidem fuisse caput *Amphipolim*; secundæ *Thessalonicam*; tertix *Pellam*; quartæ *Pelagoniam*. Hanc diuisionem tibi proponimus, & in singulis populos, quorum in antiquis scriptoribus mentio.

lib.
le-
he-
des,
pri-
ra-
al-
lia,
hi-
na-
le-
ous
qui
Sub
m:
ta-
n-
xat
um
eo
am

to-
atè
da
io-
uis



§. I. *Prima pars Macedonia, cuius caput Amphipolis.*

EDONIS & HEDONIS

cuius incolæ, Hedones, & Hedoni Stephano ^{ἠδῶνες} aliis ^{ἠδῶνες} Tzetzes, tamē Hedones distinguit ab Hedonis, & hos in Mediterraneois, illos ad mare collocat. Videtur & continuiffe sequentem prouinciam, si quidem à multis in Hedonis collocatur Amphipolis.

PHILIPPI vrbs Thraciæ vulgò contributa, in prærupto tumulo sita, quam accuratè describit Appianus: à Septentrione saltu, à meridie palude coercita. Dicebatur olim *Datum*, & *Crenides*. Ad eam PHILIPPICI CAMPI, vbi Brutus & Cassius deuicti. Postea in gratiam Cæsarum dicta Colonia Iulia Philippi: *hodie intercidit*.

Strymon à quibusdam confunditur cum Amphipoli; distinguitur, & ad ripam fluij cognominis affigitur, Stephano Strymonium est, aliter & Mieza; Mieza autem Plinius meminit.

Nessus Fl. Plinio Nestus, Arriano I. exp. Alex. Neus. Bellonius tradit hunc hodie dici à Græcis *Mestro*, à Turcis *Charafon*; Sophiano *Nesto* nominatur.

ODOMANTICE

incolæ Odomanti, quorum meminere Stephanus, & Thucydides lib. 2.

AMPHIPOLIS antea variis appellata nominibus, quorum celeberrimum *Neum-via* cuius meminit Thucydides, vbi malè interpres *decem Vias* vocat, ab Agnone reparata est, & sic dicta à situ. Hodie *Christopoli*, vel *Chrysoptoli*.

Strymon Fl. grata statio Gruibus, Satroma Dioscoridis, hodie *Stromona* Sophiano est, *Marmara* Bellonio, *Ischar* Lazio, *Radiui* Nardo.

BISALTIA, Populi Bisaltæ fortissimi Liuius, sed eos trans Nessum habitare tradit circa Strymonem, lib. 45. quæ quomodo intelligenda sint, opus est Apolline. Olim latiùs paruisse ex Athenæo discis, qui hîc Amphipolim locat.

EVFORIA hîc à Ptolemæo collocatur, à Stephano in Macedonia, qui addit Alexandrum omnia superantem eam occupasse, & ita vocasse *Ἐὐφορίας* *τὸ εὐπορον* propter facilem transitum.

Bisaltes Fl. hîc quoque statuitur, sed quis ille sit ignoratur.

SIN-

SINTICA
aliter Sintia,
cuius memi-
nit Orpheus,
incolæ Sintij
de quibus
Thucydides.

HERACLEA SINTICA, vel Sentica, quæ & nudè à quibusdam Sintica dicitur, hodie *Chefeia*, ut vult Castaldus.

Tristolus, de quâ nihil occurrit.

MONS ORBELVS Mæsiam à Macedonia dirimit, & cum Hæmo connectitur in limite Thracio: Lazius eum hodie vocari ait ab indigenis *Karopntze*.

§. 2. *Secunda pars Macedonia, cuius caput Theſſalonice.*

MYGDO-

ANTIGONIA Mygdoniæ, quæ hodie vocatur *Cois-gna*, ut Pinetus putat.

NIA, &

Afforus à Siculâ distinguenda, cuius meminit Tullius.

MYGDO-

Eordæa vnde regiunculæ nomen in Mygdoniâ Stephano, quæ nequaquam est cum Thracicâ confundenda: Plinius Pæoniæ hanc videtur assignare.

NIS

Apollonia Mygdoniæ, in qua studebat Octavius dum auunculum Iulium ad bellum Parthicum opperiebatur; hodie *Ceres Nigro*.

cuius memi-
nere præter
Geogra-
phos Hero-
dorus, at-
que Thucy-
dides.

Axius Fl. ex Scardo monte ortus prope Pellam, paludem implet, & Erigono mixtus in sinum Thermaicum cadit tum latissimus, quare ab Homero dictus est *εὐρυπέων*. Postea ut ait Zonaras vocatus est Bardarius, vnde hodie *Vardari*, seu *Vardare*, ut testantur Tzetzes, & Sophianus.

Chidorus Herodoto, Ptolemæo Echedorus, cuius aquæ Xerxis militi non suffecere: Sophiano *Calico*, *Granea Nigro*, *Veratafer* Castaldo.

PELAGONIA
distinguenda ab ea
quæ in 4. Regione,
diciturque Tripoli-
tis. Epitomistes
Strabonis ait Pæo-
nes in Macedoniâ

STOBI, & Stobium cuius meminere Liuius, & Plinius: apud Liuium in Pæoniâ collocatur (perperam legitur Beonia) & eius primaria nuncupatur: Nardus in suo Liuius, ait hodie vocari *Starachino*.

Perseis, vrbs noua Liuii lib. 39. non procul à Stobio; à Perseo Rege videtur condita.

Parall. Geogr. Tom. II.

Y y

Pelagones appella-
ri.

Andaristus, cuius incolæ Andaristenfes
apud Plinium: hodie si qua Theueto fi-
des dicitur *Vofance*.

PÆONIA ex parte, incolæ PÆONES, qui vul-
gò malè cum Pannoniis confunduntur, nos
cum Dione suprâ distinximus. Latissimè hanc
paruisse Regionem arguunt vrbes, quæ ex vi-
cinis regionibus Pæonibus attribuuntur. Egre-
giam hi operam nauauerè Philippo, & Ale-
xandro. Dardani in eos sibi aliquid arrogabant:
quare deuictò Perseo petière hanc regionem à
Paulo Æmilio, sed repulsam passi sunt, & Sa-
lis tantùm commercio donati.

Alorus vrbs pri-
maria Pæoniæ
Stephano, cu-
ius incolas A-
loritas Plinius
nominat. *Vbi
fuerit ignoratur.*

IORI } Iorum: de quibus nihil inuenio præter nomina.

ORBELIS, & ORBELIA } GARISCVS Ptolemæo, cuius in-
ab Orbelo monte ὄρβηλος } colæ Plinio Garesci.

ALMOPIA incolæ Ἀλμωπιες, quorum me-
minit Lycophron: ita dicti teste Stephano ab
Almope Gigante filio Neptuni, & Helles A-
thamantis. Almopios Plinius vocat; Ptole-
mæus Latinus Albotos, & Albotas corruptè.

Europus εὐρω-
πος, alia ab vrbe
Æmathiæ ad
Axium cogno-
minata.

THESSALONICA, seu Thessalonice, olim dicta Ha-
lia, vt vult Stephanus, item & Therme, vt quibus-
dam placet: Plinius tamen duas vrbes distinguit.
Condita est, vt vult Stephanus, à Cassandro: postea
cùm Philippus ad eam Thessalos deuicisset Thessa-
lonicam dixit: vel vt addit ex Lucillo Tarræo, à filiâ
Philippi, quam suscepit ex Nicasipoli virgine, nepte
Iasonis. Cætera vide apud Nicol. Gerbelium in suâ
Græciâ pag. 21.

AM- } Apollonia ad montem Atho, cuius meminit Plinius, &
PH- } eius incolas Macrobius vocat. Hodie *Eriffo*s dicitur
XITIS } Lydo-Ioanni.

AM- } Stagira, Ptolemæo Stantira circa montem Atho, patria
PH- } Aristotelis, quam euertit Philippus, Alexander in gra-
XI S. } tiam sui Præceptoris reparauit. Inde quoque oriun-
dus Hipparchus Philosophus. De hac vrbe, & eius
legibus vide Ælium lib. 12. Variarum.

OLYNTIVS à Calcidentibus Euboicis condita, à Philippo per prodicionem capta est, vt tam sæpe queritur Demosthenes. A quibusdam in Thraciâ collocatur, & in Sithonia Σιθωνία ab Herodoto. Olynthiaci fluij hanc urbem alluentis meminit Athenæus. Eius Nauale

P A-

Mecyberna dicitur 20. stadiis ab vrbe distans.

R A-

Torone, quam Suidas, & Stephanus Thraciæ contribuunt, Sinui dedit nomen, de quo postea: hodie Sophiano *Longo* dicitur, melius *Castel Rampo*, aut *Rampa*.

X I S

Ampelus promontorium huius Regionis Herodoto, & Ptolemæo: hodie *Cabo Canistro*.

E T

P A-

Pallene vrbs & mons in Insulâ cognomine, sic dicta à Pallena Sithonis filiâ vxore Clithi. Ptolemæi Patalene est: à Stephano, & Eustathio in Thraciâ collocatur. Hæc Peninsula dicitur ab eodem Eustathio Peninsula Cassandriæ: hodie *Canistro*.

R A-

X I A

Potidæa, postea Cassandria dicta, vt aiunt Plinius, Pausanias, Stephanus. Vtrum autem dicta fuerit Pydna, ab eruditis negatur, licet id asseruerit Epitomistes Strabonis, cui subscripsit Calcondylus. Sophianus nomen retinere putat *Cassandriæ*, Bellonio est *Schiato*.

CALCIDI-
DICA,
à Calcidē-
sibus Eu-
boicis, sic
dicta, qui
Coloniam
Olynthum
deduxerūt,
sed cum
Paraxiam
contine-
bat.

ACANTHVS cuius meminere Diodorus Sic. atque Thucydides, sed ab hoc in Thraciâ ponitur, minus celebris quàm Ægyptiaca: hodie dicitur *Erisso*.

Singus ad montem Atho statuitur à Stephano, vnde & sinui nomen, de quo postea.

Athos mons ab Atho Gigante nomen habet, vt vult Stephanus. Hic mons ei aculatur umbram suam vespertinam ad 300. stadia in forum vrbs Myrrhinæ in Insulâ Lemno. Ortelius malè credit apud Lium lib. 45. vocari *Aneas*, cum hic mentio sit de portu. Iungitur Isthmo 12. stadiorum qui à Xerse sectus, vt cani posset *Velificatus Athos*. Hodie vocatur ab incolis *Monte Sancto άγιον όρος*.

Y y ij

§. 3. Tertia pars Macedonia, cuius caput Pella.

- ÆDESSA caput Æmathiæ Iustino lib. 7. quam Caranus occupavit, secutus Capras imbrem fugientes: quare ob memoriam facti urbem vocavit Ægas, & ciues Ægeadas. In hac urbe sepeliebantur Reges Macedoniae, sic enim præceperat Perdiccas Carani successor, pollicitus Regnum in familiâ suâ perseueraturum quamdiu hîc Reges conderentur. Ideoque ferunt in Alexandro defecisse stirpem, quia in hac urbe sepultus non fuit. Hodie dicitur *Vodena* Sophiano.
- ÆMATHIA
seu
PRORIPRIA
MA-
CE-
DONIA.
- Ægea à Ptolemæo distinguitur ab Ædessa, confunditur à Iustino; & adhuc sub iudice lis est.
- Heraclea cuius meminit Liuius lib. 44. hodie *Xenoxua*. Coronæ Æmathiæ cognominata, vt ab aliis distinguitur.
- Elymæa Æmathiæ, vt differat ab Elymioticâ.
- Scydra cuius meminere Plinius, & Stephanus.
- Erigon Fl. qui multis auctus fluuiolis in Axium cadit, Erigonus Liuij & Ptolemæi est, apud Epitomistam Strabonis Riginia dicitur, apud Liuium collocatur in Thracia: hodie *Vistriza* Sophiano.
- Cambuuij montes Liuij, quos ait ab incolis Volustana nominari, Conaluuij Ptolemæo, Candauia Plinio, & Straboni, vnde Candauia saltus Lucano, & regio Candauia Cæsari: hodie *Voluzza*.
- PELLA Regia Macedonum, & Gazæ sedes, antè Bunomos Stephano, describitur accuratè à Liuij lib. 45. vbi dicitur munita paludibus suis. Hæc olim oppidulum, postea creuit, quoniam in ea natus Alexander. Visebatur in ea tumulus Euripidis. Tempore Luciani iam deficiebat: & in eâ alebantur serpentes cicures, qui fortè locum dedere fabulæ de Alexandro nato ex serpente. Hodie *teniza* Sophiano, *Zuchria* Nigro.
- Alorus Botizæ ad discrimen alterius cognominis in Pæonia.

Æ. Ludias Fl. seu Lydius, apud Herodotum lib. 7. cum Haliacmone confluit, Lædium eum quoque vocat Æschines, & agrum Æmathium, & Botizum determinat. Epitomistes Strabonis ait oriri ex palude ad Pellam, Sophianus ex Cithario monte, paulò supra hunc montem Ptolemæus eius originem locat.

P I E-
R I A,
PYDNA cuius meminit Diodorus lib. XI. ad eam victus est à Paulo Æmilio Perseus. Antea nominabatur Citron, ut vult Epitomistes Strabonis, à qua voce non abludit vox recentior *Chitro* Sophiani. Nardus tamen contendit hodie dici *Platon*. Malè confusam esse cum Cassandria præmonuimus in Potidæâ.

Dium cuius incolæ Dientes Plinio, *in gremio terrarum* vrbs sita, quibus verbis Plinius significat, teste Ortelio, *oram flexuosam*. Epitomistes Strabonis eam 7. stadiis à mari, & Olympi montis radicibus separat. Quàm munita fuerit aliquando, ex Liuij lib. 44. intelliges.

Pimpleas vicus prope urbem Dium, item & fons, ut ait Apollonij Scholiastes, ex quo Musas dictas esse Pimpleiadas asserit. Epicharmus tamen quidam Mythologus asserit Pierum ex Pimpleiade nymphâ 7. filias generasse, quæ à patre Pierides, à matre Pimpleiades nominatæ sunt. Hunc vicum, urbem vocat Isaacius Tzetzes, & ei montem cognominem cum fonte adiicit. Ad hunc vicum versatus est Orpheus, & à Bacchâtibus discerptus est, ut vult Pausanias in Bæoticis. Additque inter Dium & Pierium montem videri columnam cum hydriâ in quâ ossa Orphei recondita sunt, translata ex Libetris.

P I E R I U S mons, Plinio Pierus, in quo versatus Orpheus, & ad eum discerptus, quæ causa fuit cur nonnulli Pierium dictum velint Pangæum, maximè cum in Thraciâ à plerisque reponatur. Sed non agnouerunt, Thracas, vsque in Achaiam rerum potitos, hunc loquendi modum inuexisse.

Phylace vrbs Pieriæ, & Thessaliæ, & Macedoniæ: Strabo, & Eustathius hanc perperam Thebis Phthioticis

Hodie
Lazio
Lacof-
chia,
Nigro
Veria.

admouent. Ab Homero *ἀνθεμωσὶς florida* cognominatur. Nomen habuit à Philace Deionis filio, vt Stephanus ait; vel ab vno Æolidarum, vt Eustathius. Interpres Theocriti ait non procul dissidere à monte Othri, & in eâ regnasse Iphicium.

Haliacmon Fl. seu Aliacmon ex Cambuuiis montibus præcipitat. Hodie *Pelacas* Sophiano, *Platamona* Mercatori est.

Pharybus Fl. seu Baphyrus ex Bermio monte, vt vult Ptolemæus existit, & Diu urbem alluit. Prius quidem Helicon dicitur quàm cuniculo hauriatur postea emergens Pharybus & Baphyrus, sic Pausanias.

LYNCESTIS cuius incolæ Lyncistæ, in gremio } Heraclea Lyncestidis cognominata.
terrarum positi Plinio. } Lyncestis Fl. aut fons in Erigonem ca-
dit, de quo in Mirabilibus.

PÆONIÆ } DEBORVS, cuius incolæ Doberienfes Plinio: ho-
PARS. } die *Dibrij* Sophiano.

ASTRÆI } Astræum; de quibus nihil occurrit.

§. 4. *Quarta pars Macedonia, cuius caput Pelasgonia.*

TAV- } DYRRHACHIVM, aliis Macedonia, aliis Dalmatiæ, &
LAN- } Illyrici vrbs, olim Epidamnus, postea Dyrrhachium
TII } propter inauspicatum nomen. Subdubitat Dio lib.
apud } 44. vtrum sint duæ vrbes, quod omnino asserit Appia-
veteres } nus 2. Ciuilium, traditque disertè Dyrrhachium
plerof- } ad mare situm esse, Epidamnus paulò à mari remo-
que in } tum. Discrepat item in eo à cæteris Appianus, quòd
Illyrico: } nomen Dyrrhachij dicat fuisse ominosum, quod Li-
qui hâc } uuius, Strabo, Plinius, Mela, tribuunt Epidamno, &
partem } hâc mutationem concedat Coreyrensis, quam alij
Mace- } Romanis adscribunt. Itaque Dyrrhachium erit *Cabo*
doniæ, } *Durazzo*, Epidamnus *Durazzo* nobis *Duras*, Turcis
ad mō- } *Drazzi*.
Mathis Dyrrhachij fluuius, cuius meminit Vibius Se-
quester; Castaldo *Matin*.
Apollonia Taulantiorum dicta, Corinthiorum Colo-

tes A-
croce-
ra-
nios,
Mace-
doniæ
detra-
xerunt.
Hæc
quoq;
gens
Barba-
ra vul-
gò ab
iisdem
nomi-
natur.

nia, non improbabiler Stephani Γύλαξ & Γυλαξία,
vt doctè probat Ortelius: hodie *Piergo* Nigro, So-
phianus antiquum nomen retinere putat, Pineto *Sif-
spoli* est.

Aulon Plinio, Ptolemæo Aulon nauale: hodie omnium
iudicio *la Valone*, portus capacissimus.

Genusius Fl. seu Genasus Liuius, Ptolemæo Panyasus:
Theucto *Spirnasse*, sed hoc nomen tribuit & sequen-
ti; meliùs *Arzenza*.

Apsus, aliter & Thapsus Fl. *Vreo* Nigro est, meliùs *Spir-
naza*.

Lous Fl. Ptolemæo, Straboni Aous, Plinio, & Melæ
Æas, Sequestro Aras, Dioni Auas, Plutarcho Anius,
Appiano Alorus decurrens inter duos montes Af-
naum, & *Æropum*, itérque exiguum in ripâ relin-
quens, Philippi Regis clade inclytus, & Romano-
rum de eo victoria: hodie *Polina*.

ALBANI } Albanopolis: plerique hodie putant esse *Croiam*, aut
certè hanc ex illius ruinis excitatam.

EORDÆI, } SCAMPIS, sita in viâ Egnatianâ, cuius meminit
sive EOR- } Strabo, & apud veteres celeberrima.
DEATÆ } Lycus vrbs Eordæorum, immo & fluuius Plutar-
cho in Flaminio, iuxta Dessaretios populos, qui
non procul absunt.

DAS- } LYCHNIDVS, vrbs Illyrici Liuius, Macedoniæ Ptolemæo;
SA- } sita est ad lacum cognominem, quem Polybius Lych-
RE- } nidiam vocat, Vibius Sequester Dignistum, Nicepho-
TII, } rus Callixtus Lychnedum, & Dassaritem, vnde ait
Drillum fluuium euolui: hodie Sophiano *Lago dell'-O-
crida*. Varia huius vrbs nomina, vide apud Ortelium
in voce *Tauresium*: hodie dicitur *Ocrida*, aut *Alchria*.

sive Horrea Dassaritarum, de quâ nihil occurrit.

DAS- } Pellium cuius meminit *Liuius* lib. 31. ad Erigonem flu-
SA- } uium hanc vrbs locat Arrianus in *Alex. Exped.*
RE- } Antipatris, clade sua celebris, quoniam suis mœnibus
TÆ. } freta, & natura loci Romanis obstitit, à quibus expu-
gnata, & incensa est.

DEV- { STYMBARA Straboni, Liuiio Stubara, quam belli se-
 RIO- { dem Perseus elegerat contra Illyrios, & Gentium Re-
 PES. { gem, vnde ei omnia ad bellum suppetebant, sed &
 prædarum receptaculum erat.
 Europus in Matiâ Regione, fortè eâdem quæ Macetia,
 cuius meminit Eustathius. Plinius hanc urbem fluuiio
 Ludix affigit.

PARTHIÆI, à quibus Parthi Asiani dicti { Eribæa vrbs de quâ
 sunt etiam à veteribus Parthiæi fortè ex { tacent veteres.
 ambitione Macedonum, inquit Eustathius: { Berteceus mons
 apud Stephanum hi populi numerantur in- { Ptolemæo, Ber-
 ter Scythicas gentes quæ in Europam irru- { tiscus Epitomistæ
 perunt. { Strabonis.

PELAGONIA cognominata { Dolicha præcipua vrbs huius
 Tripolitis à tribus urbibus ex { tractus, hodie *Techala*, vel Al-
 Pelasgiotide Thessalicâ de- { chria.
 cerpta est. A Liuiio pro vrbe su- { Pitheum, vel Pithium, cum
 mitur, & ponitur caput huiusce { duabus aliis, in orbem dispo-
 partis: tres vrbes hæ nominan- { fitis.
 tur. { Azorus Straboni, seu Azorium
 Ptolemæo, ad radices montis
 Berteceusij.

STYM- { GYRTONA, Gyrtou Plinio, & Stephano, sed ab hoc
 PHA- { Thessaliæ ciuitas dicitur. Huius vrbs incolæ vo-
 LIA. { catos esse Phlegyas tradit Strabo, urbem autem vt
 & Regionem Andrein. Nardus hodie dici putat *Ta-
 chi-volicati*.

ORESTÆ, seu { AMANTIA, duæ vrbes eiusdem nominis,
 ORESTIS, { vna ad mare, altera in Mediterraneis, qua-
 nomen accepit ab { rum incolæ Plinius Amantinos vocat, for-
 Oreste, qui hic re- { tè Amantes in Etymologico.
 rum poritus est dū { Orestia Stephano, forte eadem quæ Argos
 profugus matre { Oresticum, sed eius ignoratur situs.
 causâ erraret, & di- { ATIN- { Græciæ populi quos Thucydides
 citur cōdidisse Ar- { TANES, { Molossis annumerat; Liuius
 gos Oresticum cu- { seu { & Polybius eos Macedoniæ
 ius ignoratur situs. { contribuunt: Plinius ab iis
 con-

Gens hæc Moloffica fuit, & primùm Regio Epiri, mox Macedonia. A T I N - T A N E S conditas esse Pifas credidit. Ap- pianus qui hanc partem ex Macedonia decerpfit, eos in Illyrico collocavit.

ELY- BVLLIS Ptolemæi, Colonia Bullidensis Plinio, cuius incolæ Bylliones Strabonis, Cæfari 3. Ciuil. Bellidenses, à quo collocantur in Illyrico.
 Elyma oppidum mediterraneum, hodie *Canina* Sophiano.
MIO- Celydnus Fl. aliter Pepylichnus, & Elidunus, limes Macedoniae ab Austro; hodie *Salmich*.
TÆ. Saso, Sasso Silio, Infula maris Ionij perperam tribuitur Italiae à Lucano 2. Pharf.
Spumoso Calaber perfunditur aquore Sason,
 apud Antoninum Sato nominatur; hodie *Saffeno* est.

§. 5. Sinus Macedoniae.

SINVS STRYMONICVS { A Strymone Fl. nomen accepit qui in eum euoluitur inter Thraciam & montem Atho: hodie certò *le Golphe de Monte Sancto*; errauit enim Castaldus, qui credidit vocari *le Golphe de Contessa*.
SINVS SINGITICVS { Aliter Singæus dictus, & Singicus ab vrbe Singo, videtur à Diodoro Siculo dici Eliacus malè à Castaldo, hodie vocari putatur *le Golphe de Monte Sancto*, est enim omnium iudicio *le Golphe de Contessa*.
SINVS TORONAICVS { Aliter Toroneus ab vrbe, malè à Pintiano confunditur cum Mecyberneo: hodie dicitur *le Golphe d'Atomana*, nemine reclamante.
THER- Seu Thermæus à Thermis vrbe Macedoniae, vbi postea Theffalonica vt quidam arbitrantur. Dicitur & Antonomasticus Macedoniae; apud Pomponium Melam Mecyberneus, quia docet in Mecyberneum sinum Axium Fl. aquas suas immittere, at Axius cadit in Thermaicum sinum: erat autem Mecyberna Olynthiorum nauale: hodie omnium iudicio nominatur *le Golphe de Salonichi*.
MAI-
CVS
SINVS

Parall. Geogr. Tom. II.

Z z

Descriptio Geographica Theſſalia.

NVMERANTVR in Theſſalia quinque prouinciæ, quarum partes aliquæ decerptæ ſunt, vt Macedoniæ contribuerentur; & ſæpe apud veteres vtriuſque limites confuſi ſunt: quare non miraberis ſi quas vrbes tribuimus Theſſaliæ, Macedoniæ assignantur à quibuſdam, aut vice verſa.

P E- **L A S-** **G I O-** **T I S**

LARISSA, Theſſaliæ caput Liuiò in campo Pelasgico ſita, cuius conditor Acrifius, à Lariffâ filiâ ſic nominata: alij à Pelasgo ipſo conditam volunt, & dictam Pelasgicum Argos; vide Pauſaniam in Corinthiacis, qui hanc litem dirimere nititur. Ad eam cæſus Acrifius à Perſeo diſci caſu, hodie *Larizzo* nominatur.

Scotufa, ad quam urbem locus dictus *κωὸς κεφαλαί*, vbi victus Philippus à T. Quintio Flaminio: Plutarchus hunc locum ita dictum putat, quia ſcopuli in collibus Canum capita videntur repræſentare. Peſſimè hæc ciuitas habita eſt ab Alexandro Phereorum Tyranno: tempore Pauſaniæ deſerta, & infrequens.

à *Pela-*
gia ſic
dicta,
quod
nomen
totius
regio-
nis fuit,

Gonnus, ſeu Gonuſa, ciuitas Perrhæbeorum Strabonî, & Stephano: à Liuiò lib. 36. ponitur in faucibus ſalrus Tempe; dicta eſt à Gonco filio Cyphi. A Strabone locatur ſub Olympo; ab ea dictus Antigonus Gonatas. Vtrum autem eadem ſit cum Gonnocondylo, quam poſtea Philippus Olympiadem dixit, alij aiunt, alij negant; vide Ortelium ad vocem, Gonnocondylum: *perit omnino.*

Peneus Fl. pulcherrimus, ideóque peculiare ei tribuuntur honores, ait Maxim. Tyrius Serm. 38. dictus & Araxes, inquiunt Strabo, & Stephanus, ab *ἀρξέσω ſκίνο*, quòd ſibi viam aperuerit. In Sibyllinis oraculis dicitur Stygius: tempore Eufſtathij dicebatur Salaprias, quòd tamen negat Tzetzes; hodie *Salampria.*

Atrax vrbs ſic dicta ab Atrace filio Penei, ad eam habi-

- vt præmonuimus in Historicis. tabant Lapithæ, dicti vt & Perrhæbi, Pelasgiotes. Pamifus Fl. cadit in Peneum Herodoto teste lib. 7. hodie *Pontignamaranta*. Titaresius ruit quoque in Peneum, & Gonnos alluit; ab aliis Eurotas, aut Eurotus dicitur, & hodie nomen antiquum retinet *Titaresso*: de eo in Admirandis.
- ESTIOTIS. **TRICCA**, seu *Trica*, Dolopibus vicina Straboni, & Pindo monti. In ea fuit *Æsculapij* tēplum, & multæ tabulæ indices morborum depulforum; hinc enim quidam referunt oriundum *Æsculapium*: hodie *Tricala*. Ptolemæo, Gomphi à quâ vrbe non procul nascitur Peneus, Plinio teste: sita erat in agro feracissimo, vt colligimus ex *Cæsare*: eâ enim captâ multos ex suis vino & ingluuie perdidit.
- HESIOTIS. **Pheca** vrbs circa Gomphos, quam ope Romanorum Aminander Rex Athamanum cepit, Liuius lib. 32. Malè *Phecacum* apud Ortelium dicitur. Straboni, *Ithome*, aliter *Thome* inquit Strabo, quam Homerus vocat *χλωμακίοσσα* *asperam*.
- ESTIÆTIS. **Ctemene** ciuitas Dolopum Homero, quare & dicta *Dolopias*, data Phœnici à *Peleo*, ait Stephanus. **Curalius** fluuius, & **Coralus** à quibusdam in *Bœotiâ* malè collocatus: hodie *Onocero*. Suidæ. **Phœnix** fluuius, hic in Peneum cadit: nunc sine nomine.
- THESALIOS. **HYRATA** celeberrima Theſſaliæ Apuleio. In eâ solebant *Ætoli* conuentus celebrare; Liuius lib. 32. Ad eam populi *ÆNIANES* quorum erat primaria. Metropolis cuius *Cæsar* meminit. Arcem habebat munitissimam, in quam *Ætoli* confugere, ideóque urbem *Philippus* incendit. Hæc sponte sese dedit *T. Q. Flaminio*. nomen totius **Thaumaci** locus munitissimus, vnde campi *Thaumaci* prospectu mirabiles, ex quibus vrbi nomen inditum: depingitur vrbs illa apud *Liuium* lib. 32. vbi *Philippus* eam obsidens describitur. Regionis leuiter **Cyphata** Castellum eminens in *Dolopibus*, cuius meminit *Liuius* lib. 32.

reti-
nuit.

Apidanus Fl. hîc iungitur Penco apud Herodotum lib.
7. hodie *Epideno*.

PH-
TH-
IO-
TIS

nascen-
tis Græ-
ciæ in-
cuna-
bula, vt
in Græ-
ciâ di-
cemus,
vnde
omnes
Achil-
lis Cõ-
milito-
nes. sic
dicta à
Phthia
vrbe
Achil-
lis pa-
triâ, quæ
vbi sita
fuerit
tacent
vete-
res,

PHARSALVS Ptole. Pharsalis Liuius, Palæo-Pharsalus,
Orosio, & Eutropio, Pharralius Stephano; à quâ
Pharsalici Campi dicti, victoriâ Iulij Cæsaris in Pom-
peium nobiles. Florus putat dictos Philippicos esse
Câpos cap. 6. l. 4. dum ait *Cassium Brutum eandem are-
nam in sedisse que fuerat fatalis Pompeio*; sed hoc ex Ap-
piano suprâ refutauimus. An dicta quoque sit Phthia
nescio, credidit Cælius Rhodiginus: *perit*.

Eretria cuius meminere Strabo & Liuius. Hanc suspi-
catur Eubæensium Gerbelius.

Thebæ Phthioticæ, & Phthiæ sub Crocio Campo, non
longè à mari, Liuius, postea Thebæ Philippi, seu Phi-
lippopolis, Polybio teste; hodie *Zitton*. Huius vrbis
Nauale dicebatur Pyrasus 20. stadiis ab eâ distitum.

Larissa Pensilis *Κρημαση*, olim dicta & Argos, & Pelas-
gia inquit Eustathius. Hodie Sophiano *Larizzo*.

Lamia in tumulo sita vnde longissimus prospectus, à La-
mio Herculis filio, aut à Lamiâ Trachiniorum Regi-
nâ. Ab ea dictum est bellum Lamiacum gestum ab
Atheniensibus in Antipatrum duce Laosthene.

Echinus ad fauces Sperchij fluuij, quæ olim ab aquis
damnum non leue passa est.

Heraclea cognomento Trachinia, quia antea Trachin
ab asperitate, quamquam vetus Trachin sex stadiis à
noua distita esset ad Fl. Asopum. Ad hanc se combus-
sit Hercules, Deianira in eâ interemit sese: hodie *Co-
marus* Pineto dicitur.

ΘΕΤΑ, mons asperissimus cuius extrema THERMOPYLÆ
nominantur. In eo locus Pyra dictus in quo se com-
bussit Hercules, vbi sacrificauit Acilius Consul. Ei
connectuntur ab auctoribus Corax, Othrys, Cali-
dromus: hodie *Banina* Sophiano est.

Othrys mons Dolopibus conterminus, niue diu obte-
ctus, Cænei Perrhæbi, & Lapitharum sedes. Lyncibus
abundabat: à Vibio collocatur in Thraciâ. Ad eius ra-

Cælius
Rho-
diginus
dici ho-
die pu-
tat
Pharfa-
lam,
sed sine
teste
loqui
vide-
tur.

dices populi Melienses, quorum meminere Xeno-
phon, atque Thucydides.

Enipeus Fl. cadit in Peneum apud Herodot. lib. 7. Li-
uium, & Strabonem. Malè hunc cum Pharybo con-
fudit Theuerus.

Amphrysus Fl. Apollinis exilio, & gregibus clarus:
vulgò in Magnesiâ collocatur, sed hunc quoque
agrum alluit, apud Plinium lib. 31. cap. 2. alio nomi-
ne Pyrrha dicitur: Aphrysus aliter dicitur, vnde po-
puli hunc accolentes Aphrysi: cadit in Enipeum, &
huic iunctus, in Peneum: de eo in Admirandis.

Sperchius Fl. cui deuota Achillis Coma, Brenni & Gal-
lorum transitu memorabilis apud Pausaniam in Pho-
cicis; apud Apollodorum Βῶρος dicitur: hodie *Agrio-*
mela Sophiano.

M A-
GNE-
S I A,
ab
Ouidio
Æ-
M O-
N I A,
apud
Vale-
rium
Flac-
cum
M A-

PHERÆ sic dicta à Pherete Crithei filio, vel Pherâ filiâ
Æoli, cuius in medio fons Hyperia celeberrimus.
Duplices fuêre, Veteres & Nouæ 8. stadiis à se inui-
cem distantes, ait Stephanus. Hic rerum potitus Ale-
xander Tyrannus Pheræus, de quo Pausanias, & Plu-
tarchus in Pelopidâ. Hodie aut *Sidero*, aut *Ierusat*,
aut *Ienifar*.

Melibæa cognomento ὀλιζών, Thessalicè pro ὀλιγών
Parua, patria Philoctetis, Ossæ M. radicibus affixa,
quam deserere conatus est sæuiente in eâ seditione,
& in Italiâ Petiliam condidit. Eius meminere Liuius,
& Herodotus.

Iolcos λατρεία cognominata, quasi *famula*; cuius ser-
uitutis multæ causæ ab antiquis proferuntur. Ab eâ
Thessalia dicta Iolcitis, item & Iason Iolcites inde
missus ad vellus aureum. In eâ vrbe ludi funebres in-
uenti sunt ab Acasto, vt tradit Plinius.

Demetrias Ptol. Demetrium Liuius, fortè Pyrasus Stra-
bonis, quondam & Sicyon vt vult Gregoras. A Pli-
nio malè cum Pagasis confunditur. Condita est à De-
metrio Poliorcete filio Antigoni: in quâ & sepultus
est. Fuit aliquandiu Regia Macedonum, & Nauale,

- GNES | in quâ & Ætoli celebrauere comitia sua, & nume-
 rata inter Græciæ compedes. Hodie *Dimitriada* So-
 CAM- | phiano.
- PVS, | Pagasæ Pherarum nauale, sic dictæ apud Strabonem,
 & indi- | vel quod hîc compacta prima nauis Argo, vel *ἄρὸ τῶν*
 genæ | *Παγῶν*, seu *Πηγῶν fontibus*, qui hîc multi.
- MA- | TEMPE cognomento Thessala, Heliconia, Phthioti-
 GNE- | ca, & Theumesia: eleganter depinguntur ab Ælia-
 TES | no 3. Var. cap. 1. & Plinio lib. 4. quinquies mille
 apud | passus patent in longitudinem, latitudo sesquiuge-
 Eusta- | rum non superat inter Olympum, & Ossam montes,
 thium: | qui iuncti aliàs stagnum efficiebant: postea reuulsi
 apud | sunt, vel ab Hercule vt aiunt Lucanus, & Seneca,
 Ptole- | vel à Neptuno vt Claudianus, vel terræ motu vt A-
 mæum | thenæus lib. 14. Ab iis omnia amœna loca dicta sunt
 hæc re | Tempe: à Grammaticis quibusdam ineptè pro vrbe
 gio cõ- | fumuntur.
- fundi- | Ossa mons, Lapitharum domicilium, & leonibus abun-
 tur | dans, vt vult Pausanias: in eo locus dictus Scalæ Ale-
 cum | xandri, cuius meminit Polyænus. Hodie *Cossôno* seu
 | *Κιζῶνον ὄρος* Sophiano est, Pineto *Olira*.
- | Olympus mons, Deorum *ὀλυμπῆιον*, seu sacrum tem-
 | plum, *ἀγάριφος* Homero *obductus nauibus*, seu *val-*
 | *dè niuosus*: cùm leges apud veteres ad Olympum
 | montem celebrari ludos Olympicos, non hunc in-
 | telliges, sed Peloponnesiacum, quandoquidem Eu-
 | stathius, & Apollonij Scholiastes notant Pisas Elidis
 | sitas esse inter Ossam & Olympum, Thessalicis mon-
 | tibus cognomines. Eius vertex supra mediam aëris
 | regionem affurgebat, vbi Ara Iouis in qua cineres to-
 | to anno restant impermixti; nemo huc conscendere
 | poterat, nisi admotis naso spongiis oleo plenis; lege
 | Plutarchum in Æmilio, à quo plura de hoc monte
 | disces.
- | Pelion mons in Campo Pelasgico collocatur à Strabo-
 | ne, Centaurorum & Lapitharum rixis celebris, itém-
 | que nuptiis Pelei, & Achillis educatione per Chi-
 | ronem Centaurum: *Petras* appellatum suo tem-

Phthio-
 tide, &
 Pelaf-
 giotide.

pore tradit Tzetzes.
 Bœbeis Palus Macedoniæ Straboni, aliis Theſſaliæ,
 Bœbe Stephano: vulgò admouetur Penei Fl. ostio,
 meliùs remouetur: hodie *Eſero* Sophiano.
 Magnesia Promontorium, Sophiano *Cabo Verlichi*, con-
 uenientiùs *Cabo S. Georgio*.
 Sepias Promontorium ita dictum à Thetide, quam
 dum ſequitur Peleus in Sepiam murata eſt, ſic Apol-
 lonij Scholiaſtes: hodie *Queatumo*.

Sinus Theſſaliæ.

OE-
 TÆVS
 SINVS

Minutus, cuius meminit vnus Ptolemæus, ab Oetâ
 monte qui in eum procurrit. Videtur confundendus
 cum Maliaco cuius Ptolemæus non meminit; & ve-
 rò in Maliacum Oeta deſinit.

MA-
 LIA-
 CVS
 SINVS

A populis illum accolentibus MALIENSIBVS ſic di-
 ctus vt Plinio placet; vt Stephano à Malo Amphi-
 ctyonis filio Melis apud Herodotum dicitur à Meli-
 de regione, Melineus à Thucydide lib. 8. Malicus
 Polybio, Lamiacus ab vrbe Lamiâ apud Pausaniam:
 hodie *le Golphe de Zeiton*.

PE-
 LAS-
 GICVS
 SINVS.

Plinius ab vrbe Pagafa Pagaficum vocat, & Strabonis
 Epitomiftes Pagafiticum, Mela Pagafæum: Iolcia-
 cus Ouidij eſt, Demetriacus Liuij lib. 29. Oroſij Ma-
 cedonicus: hodie *Golphe d' Armira*.

CAPVT IV.

Deſcriptio Geographica Epiri.

GRÆCI in Epirum ſeſe inſinuantes diuiſioni dedere locum,
 quæ ab indigenis retenta eſt, Græcam diſtinguitur. Barbaram voco
 quæ ab indigenis retenta eſt, Græcam quam Græci incoluere, vel
 deductis coloniis, vel vt auxiliares euocati. Hæc diuiſio ex Stra-
 bone, & Hiftoriâ Græcâ colligi poteſt.

§. I. Epirus Barbara.

- ORICVM vrbs, & portus à Colchis condita, Plinio; Straboni Oreum; de eâ multa Livijs: Gerbelius putat esse *Velona*, nobis *la Valone*, Niger *Orcha*.
- Pharsalus vrbs circa Ceraunios montes ad quam Cæsar suos milites exposuit; sic ille lib. 3.
- Phœnice cuius meminere Livijs atque Polybijs: postea Hadrianopolis, vt plerisque videtur: alij tamen duas vrbes distinguunt.
- CHA- Antigonia, apud Stephanum *Αντιγόνη*, ab Antigono condita, sed quo dubitatur: populi Antigonenfes, Plinio.
- O- Chimera, Plinio Castellum in ora Epiri in Ceraunijs, vbi dulcis aqua è mari effluit. Meminit quoque Thucydides Chimerij portus, & vrbs: hodie *Chimera*.
- N I A Acroceraunia iuga, seu montes Ceraunij, sic dicti quòd sæpe fulmine percellantur, vt ait Eustathius in Dionysium: quod nomen postea summis montibus tributum, maximè si in mare procurrerent: hodie *Montes de Chimara*, seu *Chimera*, & *Chimarioti*.
- THES- BUTHROTVM in introitu sinus Pelodes situm, distans à Corcyrà 12. Pas. Mil. Hanc urbem alij à Buthroto Heroe, alij à Boue percusso in sacrificio Heleni, aut Æneæ & Anchise hinc moriente: hodie *Butrinto* Sophiani, aut *Butronta* Moletij.
- P R O- Mæandria cuius meminit Plinius, hodie *Alandria*.
- T I A Nicæum in Paroræis ex quibus Fl. Aracthus fluit ex monte Timpâ, vnde & populi Timpæi, Ætoli, & Macedones dicti.
- ET Cichyrus olim Ephyra ad sinum Glycum, & ad Cocytum Fl. vt ait Pausanias in Atticis. In eâ coniecti in vincula Theseus & Pyrithus à Rege Theseptiorum, cuius Proserpinam vxorem rapere tentabant.
- THES- Cocytus Fl. aquâ insuauiissimâ fluens, & cadens in Acherontem, seu in communem cum Acheronte sinum Glycum: quare Acheronti permisceri à veteribus

PRO-
TIS } bus creditus; lege Plutarchum in Theſeo.
Thyanis Fl. Theſprotiam & Ceſtriniã diſterminans,
oritur ex Berteceſio monte Thucydidi: hodie *Ca-*
lania Theucto.
Ceſtria Ceſtriniã vrbs, quam Cammaniam Stephanus
vocat.

CAS-
SIO- } NICOPOLIS in Caſſiopæis Straboni, in quam Auguſtus
Cæſar vrbes circumpoſitas bellis attritas, quaſi in
vnam coloniã deduxit, cui & dedit honorem Am-
phictyonum, quidam ex eã & Actio perperam vnam
conſtant. Nomen ei fecit Plutarchus in Antonio ex
Nicone Aſino, cui ruſticus inſidens incidit in Auguſtũ
paulò ante pugnam. Ab Epiphãnio dicitur Nicopo-
lis ad Orientem, ab Athanaſio Nicopolis Borealis; &
in eã inuentam ferunt ſextam editionem quam in
Hexapla ſua Origenes contulit: hodie *Preuza*, vel
Preuxa, vel *Prinſe*, vel *Dardanella*, in ſinu *dell'Arta*.

SIO- } Pandoſia cognominis ei, quæ eſt in Lucanis, quam fu-
giens Alexander Rex Epirotarum, ex Dodoneo ora-
culo, periit in Italiã
Torona ad oſtium Fl. Thyanidis, de quã lege plura apud
Gerbelium lib. 3.

PÆA. } Elatria apud Stephanum & Elateia: hodie nomen reti-
nere videtur *Elatia*.
Elæas portus, de quo nihil apud veteres præter nomen
inuenio.

Acheron Fl. quem malè Plinius in Ambracium ſinum
deducit, Liviũ meliùs ait cadere in Theſprotium; eſt
autem homonymus Italico ad quem cæſus Alexan-
der, cuius meminit Iuſtinus lib. 12. Ex eo & vicinis
Pauſanias ait Homerum fabulas ſuas de inferis con-
cinnaffe.

ALME-
NE, } CASSIOPE nomen iam retinet in montanis *Caſſiopo*;
alia autem ad mare creditur dici hodie *Ioannina*.
Pindus mons, Theſſaliã ab aliis tribuitur, hic au-
tem ab Acrocerauniis iugis ad Thermopylas ex-
currit, & ex medio ſui brachium emittit quod Par-
aliàs fortè
Parall. Geogr. Tom. II.

A a a

pars Cassiopæ, ut dignoscitur ex urbe Cassiope, postea eius præcipuâ.

nassum facit, & desinit in Heliconem. Hinc vides cur apud Poëtas, tria hæc nomina Pindi, Parnassi, & Heliconis confundantur. Videtur à Liuiio lib. 32. Lynceos appellari: hodie *Mizzouo* dicitur. Aracthus Fl. Liuiio, Arethon Ptolemæo, & Acarnanum, Plinio Molossorum; præterfluit Ambraciam urbem, & cadit in Ambracium sinum: hodie *Spagmagmarisi* Nigro.

§. 2. Epirus Græca.

ACTIVM locus Acarnanum Straboni, vbi Apollinis templum ab Argonautis conditum, ut vult Callimachus, est quoque promontorij nomen. Ab eo Actiaca victoria Augusti de Antonio, castrorum locus eiusdem Augusti naualibus spoliis exornatus Apollini, & Neptuno consecratus fuit: hodie *Cabo Figalo*, vel vna ex *Dardanellis* in faucibus sinus *dell'Arta*.

Echinus, cuius meminere Plinius, & Stephanus: hodie *Tolgas*.

ACAR-

Astacus Thucydidi Acarnaniæ vrbs, quam esse eandem cum Strato, aut Stratone Plinij, & Strabonis frustra probare conatur Gerbelius. Nam Thucydides lib. 2. vbi de eius Tyranno Enarcho loquitur, illam clarè distinguit à Stratone.

NA-

Stratus, vel Strato vrbs Acarnaniæ Straboni, & Plinio, Ætoliæ Liuiio, validissima vrbs prope Fl. Acheloum, memorabilis rebus hinc à Romanis & Perseo gestis; Stratopolis dicitur apud Diodorum.

Anactorium in Chersoneso situm ait Strabo 40. stadiis ab Actij Apollinis templo, Colonia Corinthiorum, ut ait Thucydides, cuius incolas Augustus Nicopolim transtulit: Sophiano *Vonizza* est.

Azilia Plinio, Hazilea Straboni, sic dicta ab Alizo Leucadij fratre, filio Icari: hodie *Natalico*.

Leucas olim Chersonesus postea à Corinthiis perfosso Isthmo facta Insula: immo ab indigenis & ex-

teris sæpe reuulsa, sæpe continenti reddita est ventorum flatibus, & maris eluie; sic dicta est vel à Leucadio filio Icarì, vel à scopulo candido in quo templum Apollinis, de quo Maro 3. *Æneid.*

Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Antea Neritos dicta fuit; hodie *l'Isle de Sainte Maure.*

ARGOS Amphiloichicum dictum, ab Alcmaone ciuitas condita, quando communibus auspiciis cum Diomede Acarnaniam, & Ætoliam administrabat, & in gratiam fratris Amphiloichi, quem vnicè diligebat, dixit Amphiloichicum, ita Strabo lib. 7. ex Ephoro. Thucydides tamen lib. 2. ait ab Amphilocho Amphiarai filio extructam esse, cum ei prius Argos non sufficeret. Fuit olim ciuitas opulentissima; sed demum cladibus attrita Ambraciotas vocauit, à quibus Græcorum mores & linguam didicit: *omnino periit.*

CHIA

Aphas Fl. in sinum Ambracium cadit, dicitur tamen Molossorum Fl. apud Plinium; hodie Pincto est *Inacho.*

ATHAMANIA, vbi populi *Perrhæbi*, & *Dryopes*: homines erant exules & vagi, quos in Thessaliâ Stephanus, Plinius in Ætoliâ collocant; sed vtrouque vixerunt hic quoque *AGRÆI*, de quibus iam in eorum vrbe Ephyrâ.

ARGITHEA caput Athamaniz, vt ait Liuius lib. 38. cuius Rex Animander ope Ætolorum regno restitutus, & postea à Philippo fugatus.

EPHYRA vrbs Agræorum, quæ Straboni gens Æolica fuit, Stephano Acarnanica, Thucydides confinem facit Acarnaniz, & meminit eius Regis, qui bello Peloponnesiaco vtriusque partis communis amicus fuit.

DOLOPIA } Menelais in Dolopibus ad Pindum Montem.

DODONE, & Dodoa, & Cæneum vrbs Molossidis Stephano, Thesprotidis Pausaniz; sic dicta à Dodone filia Oceani, vel filio Iouis & Europæ. de huius Oraculo, & Columbibus fatidicis lege Herodotum in Euterpe. De quercu loquaci quam hinc fabulæ reponunt, & de ære Dodoneo consule Mythologos.

Aaa ij

seu } Ambracia colonia Corinthiorum in intimo sinus feces-
 M O- } fu qui ab ea nomen habet, à Thucydide *μαχμασ τῶν*,
 LOS- } ab aliis *εὐδαίμων* dicitur. Subiecta est (inquit Liuius
 S I S. } lib.38.) tumulo aspero. Incolæ Perreanthen vocant:
 Regia erat Pyrrhi, & à Romanis tantum proditione
 capta fuit: eius incolæ dicti Ambraciota: Sophiano
 nomen retinet, Nigro *Larta* est, melius *Arta*, vnde
 sinus *dell' Arta*, vt obseruauit Leonicus.
 Passaro Passaronis, cuius sæpe meminit Liuius, hi-
 bernis Ro. Proconsulum, & Prætorum clara. Hic
 quotannis olim Rex Epirotarum & populus iura-
 bant, hic se ex animo obsecuturum, ille ex legibus se
 imperaturum.

§. 3. Sinus Epiri.

SINVS } Aliter Pelodes dictus, in cuius introitu sita est vrbs
 B V- } Buthrotum, vnde quoque hodie sinui nomen: *le*
 THROTI } *Golphe de Butrinto*, aut *de Butrinto*.

GLY- } Aliter Thesprotius dictus, apud Strabonem Dulcis
 CVS } palus; nam ait Acherontem Fl. existere ex Acheru-
 SINVS } siâ palude, & cadere in Dulcem paludem: in hunc
 quoque sinum cadit Cocytus Fluuius.

A M- } Victoriâ Actiacâ celebris, in quo de Imperio dimica-
 BRA- } runt Antonius, & Augustus. Is sensim oblimatur,
 GIVS } quandoquidem vrbs olim in eius littore, iam procul
 SINVS. } distat. Dicitur hodie *le Golphe dell' Arta*, melius quàm
de Larta.

CAPVT V.

Descriptio Geographica Thraciæ.

QVID QUID de Thraciâ dici debet (vt Insulas eius præteream
 de quibus in Græcia agemus) ad tria capita reuocari potest.
 Diuiditur enim in Thraciam cis Rhodopem, Thraciam trans
 Rhodopem, & Thraciam Cherfonesum.



ef-
us
t:
ne
no
de
ni-
fic
a-
fe
bs
le
cis
u-
nc
a-
r,
ul
m
am
ft.
ans

§. I. *Thracia cis Rhodopen.*

M Æ- DICA	VR-	PHILIPPI, de quâ vrbe, in Macedoniâ. Oesima ad ostia Zifacti Fl. quam à Septentrione premit Prasias lacus, cuius meminit Herodotus, & vicinam habet æris fodinam.
aliter	BES	Doperus Thucydidis, Antonini Topinium, seu Otopinium, Procopij Toprus, hodie <i>Pufio</i> Sophiani, <i>Rufum</i> Lydo-Ioanni.
GRÆ- CIA	PO-	DERSÆI, quorum meminere Thucydides, & Herodotus.
MA- CE- DO- NICA	PV-	MEDOBITHYNI: eorum mentio apud Liuium, & Strabonem.
	LI	SYROPÆONES: de iis loquitur Herodotus lib. 5. TYRPILI, aliter TORPIDI, quorum meminit Appianus 4. Bellorum ciuiliū: circa Philippos habitabant.
DRO- SICA		NICOPOLIS ad Nessum cognominata, Iornandi ad Iatrum, quia hic Iatrus fluuiolus cadit in Nessum: <i>ruine Nicololi.</i>
à Dro- fis po- pulis sic dicta, qui for- tè	VR-	Abdera, quæ à Clazomeniis amplificata dicta est Clazomenæ, inquit Solinus; patria Democriti, cuius incolæ stupidi locum dedere Prouerbio: hodie Sophiano est <i>Polystilo</i> , Nigro <i>Asperosa</i> , Nardo <i>Altrizza.</i>
Trausi, vel Thrau- si Liuij, aliter Aga- thyrsi dicti, vt		Maximianopolis, quam aliqui cum Abderâ malè confundere, antea Porsulis, Imparis, & Pysus, nisi nomina corrupta sint. Tinda stabulo Diomedis clara Plinio lib 4 cap. 11. quare apud Antoninum dicitur stabulum Diomedis, à Pomponio Mela Turris Diomedis, apud Martianum Tirrida corruptè. A Stephano malè in Calcidica regione collocatur. Bistonia vrbs, & lacus Bistonis, Solino stagnum Bistonium, tempore Strabonis Aphnetis dicebatur, & in hoc multi fluuioli cadunt quos

ait Ste-
phanus:
aliqui
ramen
Drosos
à Trau-
sis dif-
tin-
guunt.

nominamus in tabulâ, Sophiano *Poru*, Bello-
nio *Boruu* dicitur.
BES Maronea ad ostium Ismari Fl. Homero Ismarus,
vt volunt Suidas, & Tzetzes, licet Plinius eas
distinguat. Prius Ortagurea dicebatur, vt ait
idem Plinius, postea Hipparchia, vt legitur
in Diogenis Epistolis; item & Cynossema, vt
tradit Cedrenus: hodie *Marogna*.

P O- CICONES Thraciæ gens Melæ ad montem Isma-
rum & Hebrum fluuium. Homerus Ismarum
montem eorum sedem assignat, quem Niger
ait olim dictum Ampelon; vnde?

P V- BISTONES: de quibus lege Isaacium Tzetzem; &
L I hi à Poëtis sæpe pro omnibus Thracibus vsur-
pantur.

S A-

ÆNEVM & ÆNVS Thraciæ oppidum liberum,
vbi Polydori tumulus apud Plinium, Æneæ
opus vt Maro docet, olim Straboni Poltio-
bria, Stephano Poltumbria, & Apfynthus:
P A I- hodie Græcis *Eno*, Turcis *Ygnos*, à qua sinus
dictus est *ῥόρφο δ' Ένος* à recentioribus Græcis.

C A

VR- Cypfella, quæ postea Iustiniana Noua, ad Fl.
Melam, aliis ad Hebrum, Cypselus Straboni,
hodie *Chapsilar*.

à po-
pulis
Thra-
ciæ

BES Bisanthe Samiorum cognomine Pomponio Me-
læ, Ptolemæo Rhædeston: hodie *Rhodosto* Or-
telio, Beniamino *Doroston*.

S A-

Pactya in Propontide, à quâ non procul versus
Orientem nouus murus Xenophontis: hodie
Panydo Sophiani.

PÆIS,

Aphrodisias non procul à Fl. Melæ ostiis: *interci-
dit*.

quo-
rum

P O- HEBRVS Fl. antè Rhombus Plut. de Fl. Euris
apud Arrianum 1. Exp. Alex. Oeagrius cog-
nominatus, & Aurifer, hodie *Marisa*.

memi-
nit Ap-
pianus,
quarto

P V- MELAS Fl. Melanus Liuius, qui Xerxis copiis non
suffecit. Ab eo MELAS SINVS, seu NIGER,

libro
bello-
rum ci-
uiliū.

LI & CARDIANVS: hodie *Larissa*, vt tabulæ anti-
quæ, vt recens quæ ad me missa est, γάρφος δὲ
Eros, Golphe d' Eno.

DORISCVS CAMPVS, cuius meminit Herodotus: eo
autem copias suas Xerxes non numerauit, sed dimen-
sus est.

COR-

PIA-

LICA

à *Cor-
pillis*,
Thra-
ciæ
popu-
lis,
quo-
rum
mentio

apud
Pli-
nium,
& Soli-
num.

PERINTHVS antea Mygdonia dicta, postea He-
ractea ab Hercule, vt ait Tzetzes: hodie *He-
ractia*, Sophiano, cui ferè omnes assentiuntur;
repugnant Bellonius qui *Rodosto*, & Castaldus
qui *Pantiro* vocari aiunt.

VR- Ganos Xenophontis, Plinio Gonos, Æschyni
Ganis Ganidos in Propontide: Ganorum etiam
Montium meminit hic Gregoras.

BE S Traianopolis à Traiano Imperatore sic dicta, ad
quam Aristeus Fl. ex Rhodope monte fluens
cadit in Hebrum: nomen retinet *Traianopoli*.

Bergulæ, & Bergulium, quod & Arcadiopolis
Cedreno, hodie Mercatori *Berges*; bene.

Aprus Colonia, cuius meminere Iustinus, & Pli-
nius, postea Theodosiopolis Cedreno, hodie
Apru Sophiano.

FLV- Hebrus, de quo antea.

VII Arzus Ptolemæi, hodie *Chiaurlik* Bellonio.

P O- ODRYSÆ gens potentissima Thraciæ, de qui-
bus suprâ multa in Historicis ex Thucydide,
P V- quorum Rex reliquis Thraciæ Dynastis præ-
LVS celluit.

VR-

BA-

NA

PRO-

VR- BYZANTIUM antea Lygos dicta Plinio ad
Bosphorum Thracium loco percommo-
dita; *Antonia*, vel melius *Antoninia*, postea di-
cta à Seuero qui eam cepit & eius mania sub-
ruit, *Anthusa* postea dicta à Constantino, ait
Eustathius, ac demum Constantinopolis,
item secūda Roma, Æterna, & Regia: hodie
Stamboul appellatur à Turcis, de quo nomine
libro sequenti, ab aliis vulgò *Constantinople*.

Phi-

VIN-

CIA

ab vrbe

Con-

stanti-

nopoli

fic di-

cta, que

tum

Anto-

noma-

sticos

dice-

batur,

BES

FLV-

VII

Phinopolis: hodie nomen retinet *Phinopoli*, Sophiano.

Delta Xenophonti, aliis Delcon, hodie Gyllo est *Dercon*.

Rhegium, cuius mentio apud Procopium 4. de ædific. Iustiniani, à quo non procul lacus Myrmex. Selymbria Plinio, Selybria Ptolemæo, Olybria Straboni, & Suidæ, antea *Selyn*, cui addita vox *Bria* quæ vox Thracicâ linguâ urbem sonat: hodie *perit*.

Athyras ad ostium Fl. cognominis Nauale Suidæ, portus Ammiano.

Bathinius Fl. Prole & Paterculo, Bathias Apiano in Mitrid. Bathinis Melæ: *Bathino*.

Athyras Fl. seu Athyrus, Plinio Pydaras, hodie *Aqua dolce*, Carolo Rimio legato Imperatoris.

Barbyfes, seu Barbissus fluuiolus, Barabyffus Suidæ, Brabissus Pausaniæ, labitur in sinum Ceratinum, & à Byzantinis *Cartaricon*, à Rusticis *Pectimacorton* nominatur, à vico adiacente.

Cydarus Fl. cadit quoque in Ceratinum sinum: & hodie *Machlena* est.

LONGI MURI, ad tutelam Constantinopolis à Septentrione ad Meridiem ad Barbaros coërcendos, ad 60. Milliaria procurrebant, lati octoginta pedes; ita Suidas. Sed Nicephorus ei tribuit longitudinis passus mille quingentos, latitudinis 20. pedes, & ex silicibus torrentium sic conflatos ait, ut mons potius quam muri videantur. Hoc opus tribuitur Anastasio Imperatori ab Euagrîo. Captos autem à Barbaris Muros longos recepit Iustinianus, & turribus muniuit, ut ait Procopius lib. 4. de ædific. Iustiniani. Vide autem ne hos cum Macrotycho confundas, de quo in Thraciâ Chersoneso mox agemus.

BOSPHORVS THRACIVS quem Græcorum alij *αἰθῶνα*, alij *αἰχῆρα* nominauerunt, hodie à Græcis *λαμῶνα*, à Tur.

Parall. Geogr. Tom. II.

Bbb

vt an-
tea Ro-
ma
VRBS.

cis *Bogasin* appellatur. Sic dictus est à bouis transitu, hoc est vel à Inachi filiâ in bouem versâ, vel à boue quem secuti sunt Phryges ex oraculo, vel ab eo qui œstro concitatus hunc transmisit, aut à bobus quos alligant indigenæ ad rates, aut à boue in Phrygum prorâ depicto; aut denique quòd bos mugiens ab vnâ ad alteram partem faciliè exaudiatur. *Longitudo* eius Herodoto est 120. stadiorum, Zosimo trecentorum, verè 160. ex Gyllio. *Latitudo* Herodoto est 4. aut 5. stadiorum, videlicet secundùm duplicem latitudinem maiorem aut minorem, ex quâ obseruatione veteres conciliabis. De eo librum eruditissimum scripsit Petrus Gyllius.

§. 2. De Thracia cis Rhodopen.

CÆ-

NI-

CA

à *Cenis*
populis
nomen
habet,
quo-
rum
memi-
nere
Liuus,
& Ste-
pha-
nus:

VRBS

BIZIA, & Bifa arx Regia Thraciæ inuisa hirundinibus ob Terei crimen, ait Plinius lib. 4. cap. 11. Fiteius mentio apud Æmilium Probum in vitâ Alcibiadis, & apud Plutarchum, hanc enim communiuit: *Vize* Leunclauio est.

Flauionopolis non procul à Biziâ vrbe, Solino.

Anchialus vrbs ad Pontum Euxinum, vbi olim Messa sita erat, vt vult Plinius: Sophiano *Anchialo*, Mercatori *Lenkis*, aliis *Achello*.

Sarpedonia, & Sarpedon, vrbs & petra; sic enim eam vocat Apollonij Schol. Apollonius 2. Argon. ad Erginum Fl. eam locat; ante Hæmum montem eam describit Vetus Interpres.

Salmidessus, & Halmydessus, vnde & sinus nomen habet: meminit eius interpres vetus Sophoclis in Antig. & in Etymologico Almydesse populi locantur hoc situ.

Plotinopolis, hodie si Nigro fides *Ploudin*.

APOLLONIA, Magna cognominata à Pompeio, in sinu commodissimo sita, Plinio Antium: Insula aliis dicitur. Ex eâ Lucullus in Capitolium Apollinem deportauit: hodie *Sissopoli* Nigro, Pinctus ait nomen retinere.

hos Plinius vocat <i>Centicos.</i>	FLUVII	Panyfus Fl. cuius ostio veteres Geographi Mysiam, & Thraciam diuidunt, <i>Laniza</i> Nigro est. Erginus Fl. de quo in Sarpedoniâ. Salmidessus, vrbi suprâ laudatæ cognominis.
SELLETICA, hinc <i>Sellee</i> populi Plinio, qui Dioni sunt <i>Sialeta.</i>	VRBES	DEVELTVS colonia Ptol. Dibaltum Ammiani: Curopalates ait Bulgaros eam vocare Zaguriam, seu Zagoriam, & Zagoram: Debellium Antonini est: hodie <i>Denelto</i> Sophiano. Sadama, cuius meminit Antoninus.
de qua tacent Historiæ.	FLUVII	Thearus Fl. quem ait Herodotus ex 38. fontibus fluere. Agrianes Fl. cuius meminit Herodotus, vnde & dicti populi, de quibus in Bennisâ. Contadesus Fl. cuius idem meminit in Melpomene, & ait fluere in Agrianam.
SAMAIICA de quâ nihil in Historiâ.	VRBES	HADRIANOPOLIS quæ priùs Vscuduma, Ammianus Vscudama, scribit lib. 14. dicta & Orestia, seu Orestias Lampridio: Tzetzes notat etiam Æliam dictam esse. Hodie Turcis <i>Endrem</i> , Græcis <i>Hadrinopoli</i> , nobis <i>Andrinople</i> . Ostodizum, aliter Osindizo, vox illa miserè deformata est apud Anton. quam frustra Simlerus conatur emendare: <i>omnino perit.</i>
VSDI-	VRBES	NICOPOLIS ad Hæmum montem cognominata: hodie <i>Nicopoli</i> Sophiano. Sazarana, seu Saranara, & Saccanara. Opisina vrbs in Mediterraneis Ptolemæo.
CES-TICA, de qua tacent Historiæ.	MONS	HÆMVS, vel ÆMVS, sic enim à variis variè scribitur, cuius pars ex quâ Hebrus & Strimon Fluij prorumpunt SCOMVS dicitur apud Thucydidem, hunc tamen Aristoteles Scombrum vocat. Quomodo nunc vocetur non est facile statuere. <i>Prasobas</i> Laonico est: apud Pinetum Italis <i>Monte Argentaro</i> , vel <i>Catena Mundi</i> , Turcis <i>Balkan</i> , Slauis <i>Cumaniza</i> ; idem tamen Pinetus in suum Plinium, ait dici <i>Monte de Costegnas</i> , Cuspinianus <i>Costenazo</i> , Lazius <i>Kriuczo</i> .

<p>BENNICA à <i>Bennis</i> popu- lis, qui & <i>Beni</i>, & <i>Be- na</i> Plinio, <i>Benasij</i> Ste- phano.</p>	<p>VR- BES PO- PV- LI</p>	<p>Opizum } Quarum meminit vnus Antoni- Cillæ } nus, nunc earum vrbium nul- la supersunt vestigia. AGRIANES, Agrienses, & Agræi, & Agrij, Pæones sunt origine apud Stephanum: à Fluio Agriane nomen habent, & eorum frequens mentio apud Herodotum, Thu- cydidem, Arrianum, Curtium.</p>
<p>SERDICA fortè dicitur à <i>Sardiciis</i>, & <i>Sardialibus</i>, Dalmatiæ populis, aut illa ab his.</p>	<p>VRBS POPV- LVS</p>	<p>SARDICA vel meliùs SERDICA, vt no- tauit Goltzius in Inscriptionibus, ego in plerisque nummis legi, quomodo vocant Antoninus, & Suidas: hodie <i>Triadizza</i> Sophiano. Quidam duas dis- tinguunt, & alteram in Illyrico vo- lunt dici Daciam Sardicam. PRIANTHÆ, quorum mentio apud Pli- nium, & Solinum, sed ad Hebrum per- peram collocantur.</p>
<p>DANTHE- LETICA, à <i>Denselethis</i>, fortissimis populis, de quib⁹ suprà.</p>	<p>VRBS FLV- VIVS MONS</p>	<p>Pantalia, cuius meminit Procop. lib. 4. de Ædif. Iustiniani, Panialia Ptolemæi. Harpeffus, seu Arpeffus, apud Appia- num 4. Ciuil. cadit in Hebrum. Cercina apud Thucydidem, qui Sinthos & Pæones populos coniungit.</p>
<p>BES- SICA à <i>Bessis</i> popu- lis sic dicta, de qui- bus su- prà in</p>	<p>VRBS VRBS VRBS</p>	<p>PHILIPPOLIS, antea Trimontium (& Hadria- nopolis Ptolemæo manifesto errore de <i>Hadria- nopolis</i>) Plinio & Suidæ etiam Poneropolis; Eu- molpias Sexto Ruffo, Pulendena Iornandi: hodie <i>Philippopoli</i>. Philippi Cæsaris opus est, non patris Alexandri vt notauit Leunclaius. Pergamum vrbs Mediterranea. Brisica } Antonino. Milolium } Zerua Antonino, Zerna Cedreno, fortè & Zer- nensis Col. à Traiano deducta; Therra Stephani videtur.</p>

Histo-
ricis
Thra-
ciæ.

MONS

PANGÆVS adiacens vrbi Philippis, quare modò
Thraciæ, modò Macedonia adiudicatur: antea
Carmanius dicebatur, ait Plutarchus, hodie
Malaca, & Castagna Bellonio.

§. 3. De Thraciâ Chersoneso.

HELLESPONTIA, & Hellepontica, & Hellepontus Regio di-
citur apud Suidam: PALLENE Halicarnassæ, & Stephano,
qui addit hanc à Crusæis habitari; fertilis admodum iuxta Xe-
nophontem. Tota fuit aliquando Agrippæ, quo mortuo ad
Augustum rediit.

LYSIMACHIA, aliter Hexamilium dicta, à Lyfimacho con-
dita est, cum Cardia euerfa concidisset, inquit Pausa-
nias. Hodie *Hexamili* Sophiano, *Policastro* Nardo.
Cardia cuius meminit Plutarchus in Eumene, item & He-
rodotus; Ptolemæo Cardiopolis, ex cuius ruinis Lyfima-
chia.

CALLIPOLIS Straboni, hodie *Gallipoli*, nomen freto dedit:
Turcis *Gebbole* Leunclauio.

SESTOS, Abydo Asiaticæ opposita, nota Leandri amoribus,
Posidonium etiam dictam ait Gellius. Castaldus ait vr-
bem deiectam, & locum vocari à Nautis *Malido*, alij *Bo-
gazoffar*, aut *Bazazassar* à Turcis vocari contendunt, &
sic aiunt appellari oppida in angustiis posita, nos dicimus
les Dardanelles, quæ vox quoque communis est, & *les Cha-
steaux*, quâ voce vruntur Franci Peram incolentes.

PROTESILEVM, oppositum Sigæo Pro. Straboni, Plinio, &
Solino: *intercidit*.

Cynossema, hoc est tumulus Helenæ in canem commutata,
lapidibus obruta à Græcis ob conuicia: *perit*.

Elæus Straboni, in Helleponto Stephano, hodie *Critea* Ni-
gro.

Alopeconnesos in exigua Chersoneso collocata, cuius me-
minerunt sæpè Liuius, & Demosthenes: *nulla est*.

Μαχρὸν
Τείχος

Herodotus in Melpomene, ait Miltiadem duxisse mu-
rum à Gordiâ (lege Cardia) Pactyam vsque ad ex-

Bbb iij

- Lon- }
gus }
Murus. } cludendam Cherfonnesum: meminit & huius Plinius
lib. 4. cap. 11. notatque hinc urbem excitatam esse à
quâ muri à Propontide ad Meltam, vel Meleam (le-
ge Melanem) sinum decurrerent, & his muris exclu-
di Cherfonnesum. De alio muro ad tutelam urbis
Constantinopoleos supra diximus.
- HEL- }
LES- } Aliter Fretum Hellepontiacum, ab Helle sorore Phry-
xi, quæ ex Ariete aureo decidens huic nomen dedit.
Ideò Nazianzenus *παρθένιον*, Aqua Virginicida Ly-
cophroni. Huius maximæ angustiae inter Abydum
& Sestum sunt duorum stadiorum Polybio, septem
Plinio, octo Xenophonti. Sestiacum Pelagus, &
Abydi freta dicit Aufonius; Phryxæum Pontum Lu-
canus, Phrygium æquor Maro: hodie *Sretto di Galli-
poli*, aliter *le Bras de S. George*.
- PON- }
TVS }
PRO- } Sic dicta, quòd ante Pontum extendatur; Bebrycium
PON- } Mare Tzetza in variâ Historiâ à Bebryciâ, hoc est Bi-
thyniâ quam alluit; mare Thracium vocat Antigonus;
TIS } hodie *Mar di Marmora*, ab Insulâ Preconneso
vulgò *Marmora*, ex quâ pulcherrimum Marmor erui-
tur; de quâ in Asiâ.

CAPVT VI.

Vera Græcia Historica.

PRÆMONVIMVS Græciam ita sumptam olim distributam esse
in Achaiam, seu Helladem, Peloponnesum, & Insulas, de
quibus antequam de more aliqua ex historiis prælibentur, aliqua
proponemus, quæ toti Græciæ communia sunt.

§. I. *De Græciâ in communi.*

OFFEREMVS hinc primò Familiarum duarum Deucalionis, &
Inachi stemmata, ex quibus magna lux huic capiti affulgebit, quæ ex
Apollodoro, Conone apud Protium, Diodoro Siculo, Pausaniâ
collegimus; tum agemus more solito de nomine, linguis, moribus,
politia, doctrina, religione, selibantes ea quæ sic Græcis commu-
nia sunt, vt neque Atheniensibus, neque Lacedæmoniis, neque
aliis populis aptari queant.

NUM. I. *Græcorum origo prima ex Deucalione secundum antiquissimos scriptores.*

DEUCALION, quo regnante in Thessalia contigit diluuium Deucalionem, à quo suscepti	HELLEN quæ ex Orfeide coniuge suscepta tres filios, qui triplex genus in Græciam inue-	ÆO-	CRITHVS THEVS à quo suscepti ex Tyrone Salmoni fratris filiâ. PHERES SISYPHVS conditor Corinthi à quo susceptus ex Merope filiâ Atlantis ATHAMAS Rex Bœotix à quo suscepti SALMONVS Tyro vxor Clithe: ab eâ prius nati ex Neptuno	Iason Dux Argonautarū. MELAMPVS à quo ex Iphianirâ filiâ Anaxagoga filio Megapenthis Argiuorum Regis (quod regnū ei concessum ob Præti filias furore liberatas) suscepti BIAS qui cum Melampode regnum Argiuum tenuit, à quo susceptus ex Perone Admetus. Lycurgus Opheltes, dictus Archemorus. Glaucus Bellephorō. Phryxus, Helle. Learchus, Melicertes. NELEVS qui fugit Messenam, cui nati ex Chloride filiâ Amphionis PELIAS Rex Thessalix Nestor, Decem alij mares, quos Hercules occidit. Pero filia. Acastus. Alcestis filia.	Antiphas. Manto. Bias. Pronoë. Adrastus. Parthenopæus. Eriphyle vxor Amphiarai. Talaus vnde nati vnde nati
		LVS			
		ex Enarete			
		Deimachii filia			
		genuit			
		filias			
		quinque			
		Canchem,			
		Alcionem,			
		Pisidicem,			
Calyccem,					
Perimedem.					

DE REGNO MACEDONICO,

sunt ex PYRRHA coniuge duo filij *Hellen*, & *Amphictyon*.
xerunt & *Foliam*, *Dorcum*, *Ionium*, à 2. filiis *Æole*, & *Dore*, & nepote *Ione*.

Filiis

VII.

ex A-

pollo-

doro,

VIII.

ex Dio-

doro,

qui ad-

dit Mi-

mantē.

Hi au-

tem sic

se ha-

bent.

DEIONE qui regnavit
in Phocide

Cephalus Procridis
maritus.

MAGNETES
cuius filij

Polydectes
Diētis

qui Seriphum Inf.
tenuerunt.

MIMAS
qui re-
gnavit in
Æolide,
fratribus
in alia lo-
ca profe-
ctis

Hippo-
te à quo
natus
ex Me-
lanip-
pe.

ÆO-

LVS

à quo

filia

Arne,
ex
quā
cō-
pres-
fā à
Ne-
ptu-
no

Æolus
Rex In-
sularum
Æolia-
rum ad
Siciliā:
Bæotus,
à quo
Bæotij
dicti.

PERIERES à quo
suscepti ex *Gor-
gophone* filia *Per-
sei*

Aphareus:
Leucippus.
Tyndareus.
Icarus.

DORVS, de quo nihil proditum, nisi quod ex eo *Dores*.

XVTHVS

qui expulsus
à fratribus
venit ad E-
rechtheum,
cuius filiam
duxit, ex
quā nati

ACHÆVS qui cæde præter voluntatem
factā venit in Peloponnesum, à quo
Achaia dicta est, quæ prius Ægialea.
Repetiit tamen Thessaliam, ibique
regnauit.

IONE, qui à Conone dicitur Athenis re-
gnasse mortuo Erechtheo, & ex eo
Athenienses Iones appellati: falsum
prius; neque enim inter Reges nume-
ratur. Melius Pausanias ait fugisse ex
Atticā in Achaiam, vbi Selinuntis fi-
liam vnicam Helicem duxit.

AMPHICTYON, qui pulso Cranao Athenis regnavit.

NVM.

N V M. 2. Graecorum origo altera ex Inacho, & Phoroceo secundam veteres.

CC

INACHVS
adeo anti-
quus, ut eius
pareresigno-
rentur, ideo
Priscus ab
Horatio di-
ctus.

IONE ex qua de Ioue

EPAPHVS Rex Aegypti

LIBYA cui ex Neptuno

ACE- NOR

BE- LVS

DA- NA- VS

HY- PER- TRA

A- BAS

ACRI- DA- PER- SIVS NAE SEVS

PROETVS, de cuius

rebus gestis dissen-

tiunt auctores.

Tha- Adrastus.

LYNCEVS.

Agnois Familiam mox videbis latius expanfam,

in Appendice secundâ.

Cadmus Phoenix Cilix Europa

30. filij, omnes cæsi præter Nyctimum

AM- PHRI- MEL- A- PHIO, de quo ex

PARthenopæus vnus ex

7. Ducibus ad Thebas.

PHO- RO- NEVS
frater
Inachi
à quo
suscip-
pta.

NIOBE de qua ex Ioue

PELASGVS ex quo genitus

LY- CA- ON

CAL- LIS- TO

AR- CAS

APHI- DAS

LI- PHRI- MAS

ANCÆVS.

EPOCHVS.

IDÆVS.

GEPPHVS:

STONORÆA Proeti coniux,

ELATVS natu minor Aphidæ.

Parall. Geogr. Tom. II.

idid
Inf.
olus
In-
rum
lia-
ad
liã.
otus,
uo
otij
i.
ores
atem
quo
alea.
ique
is re-
x eo
lfum
ume-
ffe ex
is fi-
V M.

Appendix prima. Familia Persei.

PER- SEVS Danaës ex Io- ue in imbrē, cōuer- fo fi- lius: Ex An- drome- dā Ce- phei filiā fufce- pit 6. filios, filiam vnam.	ALCÆVS	cui nati ex	{ Amphitruo. Anaxo filia.		
		MNESTO	{ HIPPO- THOE cui de Neptuno	{ TAPHIVS qui vr- bem Taphum in Cephaleniā cō- didit, populum Teleboas dixit	{ PTERELAS à Neptuno immortali- tate dona- tus.
		ELEC- TRIO,	{ Mares nouem. ALCMENA quam pater dedit Amphi- truoni eā lege vt Teleboas vlciferetur: sed focerum imprudens occidit; pur- gatus à Creonte bellum feliciter confe- cit.		
		Ex Medeā	{ Lycimnus spurius.		
		STENELVS	{ EVRISTHEVS cui addictus Hercules: in eo defecit posteritas Persei, & Mycenarum regnum ad Pelopidas deuolutum.		
		HELAS,	cuius nulla posteritas legitur.		
		PERSES,	quem reliquit apud focerum Perseus, vn- de se Perfæ ortos gloriantur.		
		GORGOPHONÉ	filia quæ nupsit Perieri, filio Æoli.		

Appendix secunda. Familia Agenoris.

AGENOR ex Tele- thebas	CADMVS	POLY- DORVS	LABDACS	LAIVS 1 ^o	OEDI- PVVS ex Ioca- stā ma- tre.	Antigone filia	qui mu- tuis vulne- ribus occide- runt.
	missus à patre vt Eu- ropam quære- ret	ex Ny- ctēide filia Nyctēi natus		pulsus à Lyco: mox eo sublato ex Iocastā ei natus est		Etheo- cles Poly- nices	
	ANTINOÉ,	quæ nupsit Aristæo.					
	INO,	quam duxit Athamas.					

phassa coniugere filios suscepit, filiam vnam.

condi-	AGAVE, quæ Echioni data.			
dit	SEMELE, quæ ex Ioue BACCHVM genuit.			
PHOENIX, cuius filiam Europam vocat Conon. Ab eo di-				
cti Phœnices, qui toti Asiæ tunc imperarunt, sede Imperij				
Thebis Ægypti constitutâ.				
CILIX, vnde dicti Cilices.				
EVROPA à Ioue rapta, &c.				
A P- PEN- DIX A D FAMILIAM CAD- MI	NYC-TEVS	NYC-TEIS	LABDA-CVS	LAIVS cui rapuit Lycus Imperium.
	ex Eu- bzâ	A N- TIOPA	Z E- THVS	à Bubulco educati & matris vltores in Dirce coniuge Lyci.
	venit cum fratre	cui de Ioue nati	A M- PHION	
	Lycvs frater Nyctei	Duxit vxorem Dircen; nepotisque sui Laij regnum inuasit. Cepit Antiopam Epopæo nuptam quam malè multauit Dirce. Hunc interfecere Zethus, & Amphion, Dircen ad Taurum indomitum alligarunt.		

N V M. 3. De nominibus Græcorum.

PRIMVM nomen est, quod postmodum cæteris prælatum est, Græcos appellat Γραικός; Nicolaus Gerbelius à quodam Rege sic dictos ait, sed auctorem non laudat: Suidas à Pago sic vocatos putat. Meminit eius nominis Lycophron in Cassandrâ, vbi Achilles Γραικῶν ἀεγός dicitur; meminit & Aristoteles in Politicis, vbi ait iuxta Phthium populos esse Γραικός καλεμένους. Idem porro, vt colligitur ex Thucydide in proœmio Historiæ suæ, dicti quoque sunt Ἕλληνες, & inde probat quod soli Comites Achillis, nempe ex Phthiotide adducti πρώτοι Ἕλληνες ἦσαν. Nomen autem vtrumque deinde Thessaliæ communicatum est; postea transit in Achaïam, Peloponnesum, Insulas maris Ægæi, ac demum in Asiæ Minoris partem, colonis eò ex Europâ traductis.

SECUNDVM igitur nomen est HELLAS, cuius populi Ἕλληνες ab Hellene filio Deucalionis, de quo in Græcorum origine. Qui-

dam ab Hellene Gigante, quem à Iaphet deducunt: Eustathius, ab Hellade ciuitate Theſſaliæ, quæ nulla erit alia quàm Phthiotis; hinc enim ciuitas non pro vrbe, ſed pro populo ſumitur.

TERTIVM: ACHAIA, vnde populi Achæi, ab Achæo Æoli filio ex Creuſâ filiâ Erechtaï. Is enim cæde ſuorum contaminatus in Theſſaliam profugit, & Theſſalos de ſe Achæos dixit; Homerus 3. Iliad. *Ἀχαιοὶ καλλιγυνῆες.*

QUARTVM: DORIS incolæ *Dores*, vnde Poëtis *Dorica Caſtra*, hoc eſt Græca: à Doro filio Hellenis.

QVINTVM: ARGOS & ARGIA, ita Didymus in 18. Odyſſeæ, quò ſpectat & illud Maronis 2. Æneid.

Ferus omnia Iupiter Argos tranſtulit,
hoc eſt in partes Græcorum. Porro *Argiui* dicti, ab Argo Apidis, & Niobes filio.

SEXTVM: dicti ſunt Græci DANAI à Danao Ægypti fratre, filio Beli, qui Argiuos de ſe Danaos dixit, quâ voce Latini Poëtæ frequentius vtuntur.

SEPTIMVM: PELASGI à Pelasgo nomen habent, qui primus Arcades ad molliorem vitam tranſtulit; nam & tuguriola primus excogitauit, & tunicas ex corio aptauit, & cibos exquisitiores herbis ſuppoſuit, vt ait Pauſanias in Arcadicis.

Cætera nomina vt Dolopes Myrmidones, *quis talia ſando Myrmidonum Dolopumve,* &c. Poëtica ſunt, apud quos pars ſæpe pro toto ſumitur; vel ſanè Epitheta, quorum hæc duo ſæpe Homerus uſurpat *ἑλίκωπες & καρπηκόμοι.*

ἑλίκωπες, inquit Eustathius ad primum Iliados dicti ſunt, vel quòd peritè remos impellerent, vel quòd omnium oculos in ſe conuerterent *ἀξιοφάτοι*, vel quia aſpectu truci, & minimè languido, vel quia ad Helicen, ſeu Maiorem Vrfam nauium curſum dirigèrent, cùm Phœnices in minorem ſeſe conuerterent: vnde Ouidius 3. Faſt. cecinit

Effè duas Arctos quarum Cynosura petatur

Sidonis, Helicen Graia carina notat.

Καρπηκόμοι bene comati, & vt venuſtiores eſſent, & hoſtibus magis terribiles. Vide reliqua in Curetibus & Acarnanis, de quibus ſuprà.

NUM. 4. De Moribus Græcorum.

CULTVS CORPORIS. Diu armati processere semper Græci ob perpetua inter eos bella, ait *Thucydides* libro. I. Deinceps palliis vsi sunt. Pueri comam alebant, quam alicui Deo consecrabant, & maximè fluminum Geniis, inquit *Philostratus*. Hanc quoque postmodum alebant, cum vt venustiores apparerent, tum etiam terribiliores hosti viderentur: *Strabo*.

DOMVS apud eos splendidissimè & commodissimè exædificabantur: *Strabo*.

EXERCITIA. Ludis, palæstris, saltationibus deditissimi erant, quod alebat certamina toto orbe celebratissima. Apud eos imperitus habebatur, qui fidibus nesciret canere: *Plutarchus*.

NVPTIÆ. De his multa *Plutarchus* in Græcanicis quæstionibus, & *Iulius Pollux*. Mulieres apud eos Gynæceo continebantur.

FVNERA. Mores funerum iusto volumine vix exequeremur, his paucis contentus esto. Mortuorum corpora comburebant: pulla vestis funebris erat. Multa preciosa in rogam demortui coniciebant, & sæpe suos crines, aut vulsos, aut tonsos. Graue erat apud eos carere sepulturâ, hæcque pœna tantum fuit Tyrannorum, seditioforum, ἀποκτόνων.

VITIÆ. Vix vlla gens maioribus vitiis contaminata est. De eorum stupris, & raptu mulierum plurima apud *Herodotum* leges. *Cyrus* eis exprobrat mutuas in vendendo & emendo fraudes, quas etiam *Polybius* Hyperbolicas amplificat. Mendaces eos *Iuuenalis* facit, & adulandi peritissimos. Apud Latinos scriptores penò omnes sit mentio Græcæ leuitatis. Παιδεργαίς & Ebriosos describit eos *Athenæus*: pleraque ex his vitiis sic expressit *Horatius*.

Seditione, dolis, scelere, atque libidine, & irâ
Iliacos intra muros peccatur, & extra,
hoc est in castris Græcorum.

NUM. 5. De Doctrinâ Græcorum.

INGENIOSOS, & eruditos fuisse Græcos nemo eruditus dubitare potest. Hinc à *Manilio* Græcia facundissima doctis urbibus dici-

Ccc iij

etur: Hinc Horatius *Græcis ingenium, Græcis dedit ore rotundo Musa loqui, præter laudem nullius auaris*: meritò igitur Tullius *doctissimos homines Græcos* appellat pro Cælio. Quàm fuerint ELOQUENTES probant Oratores Græciæ de quibus Plutarchus: quàm periti PHILOSOPHI innuunt Plato, Aristoteles, & alij de quibus Laërtius. PŒETARVM Græcorum Chorum vix duo vāgrandia corpora capiunt, quibus præluxit Homerus ab Aristotele adeò dilaudatus. HISTORICOS Thucydidem, & Xenophontem pauci deinceps apud omnes gentes affecuti sunt; vt taceam de Herodoto, cuius libri nominibus Musarum inscripti sunt. ASTROLOGIAM à Babyloniis, GEOMETRIAM ab Ægyptiis accepere quidem, sed eas ingenio suo perfectiores nobis reliquere.

N V M. 6. *De Politia Græcorum.*

POLITICI fuere Græci omnes, & Respublicas suas optimis legibus temperarunt, ac Legislatores suos maximi fecere: Athenienses Solonem (vt taceam superiores;) Lacedæmonij, Lycurgum; Cretenfes, Minoem; Mantinej, Nicodorum pugilem; Lorenses, Zaleucum. Et verò cùm Romani Remp. suam ordinare statuissent, misere legatos Athenas, & in Græciam qui Solonis, & aliorum Legislatorum leges describerent, & omnium Græciæ ciuitatum iura, mores, instituta peruestigarent, quod Pomponius Iurisconsultus in Enchiridio admodum laudat.

Antiquus singularum ciuitatum status fuit Monarchicus; & Principes dicebantur *ἀριστοκράται*, eligebanturque à ciuitatibus pro ratione temporis, inquit Halicarnasseus lib. 5. Sed cùm hi ab uterentur potestate suā, plerique Græcorum eos sustulerunt, & nouam Reip. formam induxerunt. Nihilominus perturbatis rebus, ad Principes, quasi ad sacram anchoram, recurrere cogebantur: Hos Theffali vocabant *Ἀρχῆς*, Lacedæmonij *Ἀρμοδῆς moderatores*.

Quamquam autem in varias Respublicas distributi essent, concilium tamen habuere, & quasi Senatum vnum *Amphietyonum* dictum; cuius auctor dicitur fuisse *Amphietyon*, vel vt alij malunt *Acrisus*. Is conflatus erat cætus ex delegatis omnium urbium, & prouidebat ne quid detrimenti Græcia à Barbaris caperet. Curabat item facta tecta Delphici templi. Porrò hi delegati bis in an-

no conueniebant ad Thermopylas, olim in Insulam Calauriam, vt ait Strabo lib. 9. sed tum 7. tantum ciuitates legatos suos mittebant, quas nominat.

Thesaurus publicus Græciæ erat in Insulâ Delo constitutus, vnde postea Athenas translatus est, & Pericli conceditus, de eo legantur Thucydides lib. 1. & Diodorus Sic. lib. 11.

Contraxere in bello contra Persas ad Plateas 12. hominum Myriadas, hoc est 120. millia armatorum teste Herodoto: in pugna ad Artemisium & Salaminam 280. triremes eduxere, si Diodoro fides.

Cùm autem diu inter se satis malè conuenissent, discordiis laborare cœperunt, quæ vix aduentu Persarum sopitæ sunt. At Persis eiectis maiori contentione inter se depugnarunt; tumque populi aliqui cæteris imperare visi sunt: primùm Athenienses, deinde Lacedæmonij, mox Bœoti, seu Thebani, ac demum deuicti auro & armis Macedonum libertatem omnes amiserunt. Hanc tamen restituerunt Romani per T. Quintium Flamininum, renitentibus licet Achæis, qui tandem domandi fuere, & vrbs eorum primaria Corinthus excindenda. Tum verò Græcia tota in formam prouinciæ redacta est: sed ei reddidit iterum libertatem Imperator Nero, quam sustulit Vespasianus, atque ab eo tempore prouincia sub vno nomine Achaïæ Romanis paruit.

NVM. 7. Religio Græcorum.

GRÆCORVM religionem testantur elaboratissimæ apud eos statutz, quas postea tanti fecere Romani, vt nequidem Deos iratos miseris hominibus relinquerent. Non inficias tamen iero SS. Patres eis exprobrare πολυκοιαν, & eos appellare θεομάχης potius, quàm θεοσεβής. Ad eorum Religionem pertinent quoque ludi illi celebratissimi Olympici, Isthmici, Pythici, Nemei de quibus agemus in locis quibus celebrati sunt. Hanc quoque arguunt tot oracula, Delphicum in Phocide; Dodoneum, in Epiro, Trophonij, Lebadeæ in Bœotiâ; Apollinis Didariotæ, in Argolide; Amphiarai, in Oropiis; Branchidarum, in Ioniâ prope Miletum, &c. Quis denique recensere queat sacra Græcorum Bacchanalia, seu Orgia, vel Trieterica, Mysthia Cereris Eleusina, seu Tesmophoria, & alia de quibus Meursius libellum edidit?

N V M 8. *Dialecti Græcorum.*

COMMVNITER quatuor appellantur peculiare Dialecti à duobus filiis Hellenis *Æolo*, & *Doro*, eiusdem nepotis filio *Xuthi Ione*, & Atheniensibus qui se *αὐτόχθονες* dicebant. Sed ij tandem cum Ionibus coaluerunt, vnde licet fuerit in Græciâ quadruplex Dialectus, fuit tamen genus duntaxat triplex, *Æolicum*, *Doricum*, *Ionicum*.

Obseruat autem Strabo sub initium lib. 8. ex quatuor Dialectis *Atticam* duntaxat, & *Doricam* primigenias esse, ceteras permixtas; quoniam *Attica*, & *Doris* cum essent montuosæ, steriles, & asperæ, non ita facilè exterorum excursionibus patuere. Porro ad tempora vsque Strabonis omnes extra Isthmum in Græciâ degentes (exceptis Atheniensibus, Megarensibus, & Dorienibus *Parnassi* aecolis) *Æoles* nuncupati sunt: *Iones* verò ex *Atticâ* profecti *Peloponnesum* incoluerunt, sed hinc facilè depulsi sunt. Eòdem quoque peruasere *Dores*, qui *Heraclidarum* beneficio diutius ibi confederunt: vnde factum vt in *Peloponneso* duplex tantùm genus viguerit, *Doricum*, & *Æolicum*. *Arcades* autem & *Elei* propriè locuti sunt *Æolicè*: illi, quia se texere montium asperitate; hi quia *Ioui Olympio* sacri intacti permansere. De *Æolide*, *Ioniâ*, & *Doride Asiaticis* sequenti Tomo agemus.

Quomodo autem quatuor illæ Dialecti iterum diuisæ sint diximus in *Europâ antiquâ* Tomo superiore pag. 154.

§. 2. *De Achaiâ, seu Hellade in genere.*

NOMEN *Hellas*, deducitur ab *Hellene* filio *Deucalionis*, vt omnes arbitrantur, quam *Homerus* *καλλιπυῖα* vocat. Non inficior tamen *Eustathium* hoc nomen *Hellas* tribuere *Thessalicæ* ciuitati, quoniam vt supra inuimus *Græciæ* nomen *Thessalis* primò concessum est. *Achaia* autem vocata est ab *Achæo* filio *Æoli* fratre *Ionis*, qui cædis reus fugit in *Thessaliam*, ibique rerum potitus *Thessalos* de suo nomine *Achæos* nominauit. Quod autem eadem regio sit *Achaia* & *Hellas* Epithetum vtrique concessum arguit *Αχαιδακαλλιπυῖα*.

QUANTITAS. Maxima *Helladis* Latitudo apud *Ptolemæum* est

à Sunio Promontorio, ad Anthedonem, quæ reuocata ad magnum circulum ex eodem dat 750. stadia. *Longitudo* desumitur apud eundem à Cynosurâ Promontorio ad Argos Amphilochicum, quæ distantia dat 4. gradus maioris circuli cum dimidio, ac proinde secundùm eius principia reddit 2250. stadia.

QUALITAS ex sequentibus intelligetur.

§. 3. De populis Achaia, seu Helladis.

NVM. I. De Atheniensibus & Atticâ.

NOMEN. Priùs Attica dicta est *Ionìa* ab Ionibus, qui pulsi ab Achæis, fugatis per Heraclidas ex Peloponneso, iunxere se Atheniensibus, quos iam affinitate contingebant. Vocata quoque est *Attica* ab Actæone, *Mopsopia* à Moplopo, *Cecropia* à Cecrope Rege (à quo & Atheniensēs Cecropidæ) *Ogygia* ab Ogyge, denique ab Atthide Craneifilia *Atthis*, & *Attica*.

QUALITAS. Regio sterilior fuit, & petrosa, hinc à Pindaro *καταρσία* dicitur, ab eius interprete *καταρσιος*, & *πετρώδης*. Vnde factum est vt ab exteris non fuerint pulli indigenæ. Abundabat tamen Melle quod Hymettium dicebant, à monte Hymetto. Hic quoque olea inuenta perhibetur: certè oleum Atticum celebratissimum est. Ficus Atticas quis ignorat, à quibus dicti Sycophantæ, qui prouidebant ne exportarentur. Hic quoque panis candidissimus celebratur ab Athenæo.

MORES. Cicadas aureas in capite gestabant, vt ostenderent se Regionis suæ *αὐτόχθονας*, & *μηχανῆς*. Litteras magnificere, quare Attica dicta *τῶν σοφῶν οἰκιστῆριον*. Optimè & eleganter loquebantur Atheniensēs, vnde *Paræmia*, *Atticus lepos*. Excellentissimi fuere Naucleri, ideoque mari potiti sunt. Mortuos suos ferè sepeliebant, aliquando tamen comburebant. Sepeliebant olim in vrbe in propriis domibus, postea extra urbem ad viam Ceramicam, quâ itur ad Academiam. Excellentissimi fuere Musici. Ditissimi fuere, & deliciis circumfluebant ob Imperium maris. Reliqua de moribus ex Iulio Polluce, & Plutarcho in Solone repetes.

POLITIA. Habuit primùm Reges Attica, deinde perpetuos Archontes, postea Decennales, denique Annuos. Democraticus hinc viguit status propositus à Solone in 4. ordines distributus ex

cenſu. Oſtraciſmus ab Athenienſibus excogitatus, virtutis perniciſ, quo exulabat qui maximè retineri in vrbe debuerat: nomen habuit ab Oſtreis in quibus nomina optimi cuiuſque, atque excellentiſſimi deſcribentur. Areopagitæ hîc iudicabant in foro, vel colle Martis (Areopagum dicebant) homines integerrimi, fucatæ orationis, & artiſcioſæ hoſtes. Cùm diu Mari potiti eſſent, à Lyſandro deuicti ſunt: atque ab eo tempore plura eis conſeſſa ſunt à Principibus propter celebritatem gentis, quàm fortitudinem.

N V M. 2. *Megarîs, & Megarenſes.*

NOMEN. Fuit Megaris pars Atticæ, vt ex Plinio liquet, priuſque *Niſea* dicta eſt, & incolæ Niſæi à Niſo Pandionis filio, vno ex 4. cui pater Regionem hanc reliquit, à quo Niſa ciuitas condita eſt, quæ poſtea Megaris nominata eſt.

QUALITAS. Tota hæc Regio aſperior fuit, atque Atticæ planè ſimilis.

MORES. Megarenſes aliquid de moribus Athenienſium, & Corinthiorum referebant ob Conuenas vtriuſque gentis. Olim fuere ditiffimi, verùm ſeditiones ad vltimam inopiam eos redegere.

POLITIA. Olim Attici iuris fuit: poſtea Niſum habuere Regem: exinde Democraſticus ſtatus in eam irrepiſit, cui ſucceſſit Oligarchicus, oppreſſus ſæpe ab Athenienſibus: tandem Romanis ſubditi, communem cum Græcis omnibus ſeruiere ſeruitutem.

N V M. 3. *Bæotia, Bæoti, & Thebani.*

NOMEN. Dicta eſt olim *Aonia* ab Aone Rege filio Neptuni, vel vt alij malunt à Monte, aut à populis Aonibus. *Bæotia* autem vocata eſt, vel à Bæoto Neptuni filio qui ſic dictus eſt, quia primùm natus Boum ſimo oblitus eſt à matre, vel certè nomen accepit à Boue, qui Cadmo dux extitit. Legitur quoque dicta *Meſſapia*, *Ogygia*, & *Cadmeis* à Ducibus variis.

QUALITAS. Regio hæc fertiliffima fuit, ſed aère & cælo paulò craſſiore yſa, vnde incolæ ſtolidi credebantur, *Bæotum in patria, craſſoque ſub aère nati*. Multæ hîc cauernæ, atque ſpecus, quare terræ moribus frequenter concutiebat.

MORES. Oderant literas Bæotij: vino deditiffimi erant, ſacrificiis & ſuperſtitionibus addictiffimi. Apud eos nefas erat infantes

exponere, sed Magistratui offerebantur, à quo ut ciues alebantur. Bellicosissimi fuere, quare per Thebanos Græciæ dominati sunt. Dicti sunt *Cancers* à Lycophrone, quia nauigationibus sua corpora indurabant, & *Sisernodibæ* quòd pelle detrita, & depili uterentur. Funditores excellentissimos fuisse docet Tzetzes in Lycophronem, vbi eadem de iis asserit quæ de Balearibus scribuntur. Apud eos qui soluendo non erat, & decoxerat, rapiebatur in forum cophino tectus, atque deinceps infamis habebatur, quod contigisse ferunt Euripidis patri. Hic de Thebanis, Thepiensibus, Orchomeniis si aliquid tantum delibarem, supra modum hoc opus excreferet.

N V M. 4. *Phocis, & Phocenses.*

NOMEN accepit *Phocis* à Phoco quodam, de quo Grammatici digladiantur, eorum rixas apud Gerbelium perleges, si otiosus eris. Distingues autem hic accuratè Phocenses, & Phocæenses, hi enim ex Phocæâ Ionix vrbe profecti Massiliam in Galliâ condidere, illi in Achaia vixere.

QUALITAS. Terra hic opima est, sationi, gregibus, & armentis peropportuna, inquit Pausanias. Eius tritici meminit Theophrastus. Angustiis quibusdam regio munita fuit, sed demum Locri hanc sibi partem vindicarunt.

MORES. Callidissimi fuere Phocenses, & diu piraticam exercuere, vsi primùm (ut aiunt) longis nauibus. Delphici pueri ex matribus nobilitatem trahebant, non ex patribus.

POLITIA. Deucalion hic olim regnavit; successit status Oligarchicus. Quid autem mali passi sint Phocenses ex occasione belli sacri quod gessit Philippus, ex Pausaniâ in Phocicis edisces. Huic bello occasionem dedit direptio templi Delphici auctore Philomelo.

N V M. 5. *Locri.*

NOMEN habent Locri à quodam *Locro*, Heroe cuius filius Opus fuit, ut aiunt Homeri Scholiastes, & Eustathius. Cognomina autem quatuor habuere, quidam enim dicti *Ozole*, alij *Epicnemidij*, quidam *Opuntij*, nonnulli *Epizephyrij*: hi in Italiam translati sunt ad Promontorium Zephyrium. *Ozole* aliter *Hesperij* nun-

D d d ij

cupati sunt, quoniam in Occidentem extenduntur, ideóque in sigillo stellam Hesperum præferebant: dicti sunt verò *Ozole* quasi *Olentes*, vel à fluuio in quem defluxit sanies centauri Nessi ab Hercule vulnerati, vel à Pythone serpente qui hîc computruit, vel ab herbâ graueolenti, vel à tumulo Nessi, vnde *Tabes* perpetua defluit, vel à florum flagrantia, vel quod probabilius à vestibibus; utebantur enim pellibus ἀβυσσώτοις non *curroies*, neque lanâ vt cæteri Græci, sed corio tegebantur. *Epicnemidj* parentes *Ozolarum* erant, ita nuncupati à *Cnemide* oppido. *Opuntj* dicti sunt ab vrbe *Opunte* Patrocli patriâ; & hîc *Abantes* populos *Pausanias* collocat.

QUALITAS. *Ozolarum* ditio satis fertilis, reliquorum ager asperior, & montibus interscisus.

MORES & POLITIA. Decorum vestibibus, & odore iam satis multa. Turpiter admodum se amabant, & ea sceditas lege compescenda fuit, inquit *Max. Tyrinus*. Communes habebant vxores, *Athenæus*. Mortuorum funera conuiuuii celebrabant; item apud eos fur excæcabatur, *Heraclides*. Si æger medico prohibente vinum bibisset, & conualuisset morte multabatur, *Ælianus in variis lib. 2. cap. 37.* Colebant *Mineruam Zosteriam*: sic dictam à *Zonis* ex quibus gladios appendebant.

N V M. 6. *Ætolia, & Ætoli.*

NOMEN. Olim *Ætolia Curetis* dicebatur, & *Hyantis*, postea *Ætolia*, ab *Ætolo* filio *Endymionis*, qui ob eadem fugit ab *Elide*, & eò veniens *Curetas* expulit.

QUALITAS. Versus mare sterilior erat, in Septentrionem fertilis, inquit *Strabo* lib. 10.

MORES. *Liuius* lib. 36. describit *Ætolos*, superbos, vanissimos, beneficiorum immemores, sed bellicosos, quod & innunt epitheta *μεγέχαροι* Homero, in bello *prompti*, *σπλαγχνόροι* *Clipeati* Euripidi. Vno pede calceati præliabantur, quare *μονοκρήπιδες* dicti. *Maximus Tyrinus* eos prædatores inducit, *Strabo* Piratas, qui & eos fundæ auctores facit. Magnificos & semper obæratos eos describit *Athenæus*.

POLITIA. Habuit olim Reges suos *Ætolia*, quorum celeberrimi in fabulis *Oeneus*, & eius filius *Meleager* *Atalantæ* sponsus,

cuius causâ multa bella Caledonios inter, & Pleuronios enata sunt. Deinde Reip. speciem sibi informarunt, diuque regibus Macedoniæ satis animosè restiterunt, videntes suo Concilio quod *Panætolium* dicebant. Sed cum Romanos contempserint à Fulvio Nobiliore domiti, potentiam & animos truces deposuerunt.

N V M. 7. *Doris, & Dore.*

NOMEN. *Doris* à Doro Hellenis filio nomen accepit, vel ut alij malunt filio Deucalionis, quem pater vnà cum aliis filiis emisit ad nouas regiones occupandas, vno tantum secum retento. Hic autem Dorus ad Parnassum montem confidens incolas eius Dore appellauit.

QUALITAS. Regio hæc tota asperior, & montibus interscisa. MORES. Linguâ elegantissimâ vsi sunt, & quæ sola lyra harmoniam temperaret. Bellicosi fuere, atque in galeâ tulere setas equinas, ut viderentur magis terribiles, quare *τετυχδρες* ab Homero dicti, non à tribus vrbibus. Musicæ supra reliquos Græcos addicti fuere.

POLITIA. Colonias in varia loca sparserunt, Calcedonem in ore Ponti, vbi & cæci dicti sunt quod deteriore locum elegerint. In Sicilia Syracusas condidere, ut vult *interpres Pindari*, & vrbes ibidem aliquot. Dyrhachium quoque incoluisse tradit lib. 1. Thucydides.

§. 4. *De Peloponneso in genere.*

NOMEN. *Aegyalia* olim dicta fuit hæc regio ab *Ægyalo* Inachi filio; postea *Ionia* ab Atheniensibus qui eam occuparunt: tum *Apia* ab Apide Rege ut vult *Pausanias*, vel ut *Athenæus* lib. 4. à Pirorum prouentu; quamquam *interpres Theocriti* malit *Pira* dici *ἀπιδος*; ab ea regione. Demum Pelops ex Phrygiâ huc delatus Peloponnesum nominauit, quasi *Πέλοπος νῆσος*. Stephanus ait quoque Inachiam dictam esse: Homerus Argos videtur nominare, vel ab vrbe nobili, vel ab Argo custode Inus vaccæ, ut ait *interpres Euripidis*. *Strabo* quoque ex Ephoro tradit dictam esse *Pelafgiam*; vtrum autem dicta sit Pelafgicum Argos, an sola Laconia, discussum leges apud Gerbelium.

QUANTITAS. Latitudini eius Ptolemæus constituit à Tena-riâ Promont. ad Corinthum 1250. stadia; Longitudini à Cheloni-te Pro. ad Scylleum Pro. tres gradus cum dimidio, qui reuocati ad magnum circulum ex eius computo reddunt 1750. stadia.

QUALITAS. Regio hæc olim sicciior erat, quare ab Homero dicitur πολυδίψος: admodum siticulosa: sed cum antea ἄνυδρος esset, ἔνυδρον eam reddidit Danaus, qui impetrauit à Neptuno vnam ex filiabus suis deamante vt lernam tridente percussam perennibus aquis fluere iuberet. Aluit & equos nobiles, quare ab Homero ἰππόβοτος dicitur, & Horatius Argos equis aptum occinit. In medio autem steriliior est quare Arcades αὐτόχθονες sunt; ad mare fertiliior, ideo eius incolæ ἐπίλιδες aduentitij, atque peregrini.

POLITIA. Hercules ex Mycenarum Regibus oriundus erat, at Eurystheus demortui stirpem exterminare conatus est. Verum Hyllus Princeps Heraclidarum, cum auxilio Thesei, Eurystheum bello aggressus est atque cecidit, neque tamen victoriâ frui potuit, tum quia Atreus Eurysthei auunculus regnum Mycenarum occupauit, qui Heraclidas aditu Peloponnesi prohibuit, tum quia Hyllus ab Echemo Arcadum Rege interfectus est 20 annis post ἄλωσιν Troiæ: itaque hic primus Heraclidarum conatus irritus fuit. Sed post annos centum iidem Herculis posterij expeditionem suscipere duce Oxilo, quemadmodum ab oraculo moniti erant, & occupauere Argiam, Messeniam, & Laconiam. Achaïam non attigerunt, vbi tum degebant Iones; hi tamen eieciti sunt ab Acheis expulsis. Elidenfes seruati sunt in gratiam Iouis Olympij, Arcadas regio asperior, & montibus abrupta defendit.

§. 5. De Regionibus, & incolis Peloponnesi.

NVM. I. De Achaïâ propriâ, & Achæis.

NOMEN. Primùm dicta fuit *Agialis* propter vrbes in littore constitutas; tum *Ioniam* ab Ionibus qui hîc diu habitauerunt, quibus expulsis per Achæos *Achata* dicta est; cui cognomen *Propria* Ptolemæus adiunxit; Theophrastus *Achaïam Peloponnesi* dixit. Porro hæc aliquando dilaturatur, tumque continet *Sicyoniam*, & *Corinthiam*, de quibus in Geographicâ descriptione. *Sicyonia* autem à quibusdam *Afopia* dici videtur ab Afopo Fl. sed tum meo iudicio pars pro toto sumitur.

QUALITAS. Regio circa Corinthum rupibus, & faxis aspera, collibus & vallibus inæqualis apud Pausaniam legitur in Corinthiacis, Sicyonia, & Achaia lætiores, & amœniores agros habuere.

MORES. Deditissimi fuere navigationi *Corinthij*, & apud eos primùm triremes Græcæ constructæ sunt, maioresque naues. Apud Corinthios olim nemo ciuis habebatur nisi ex patre & matre Corinthiis natus; postea satis fuit ex alterutro nasci, modò aliquid pensaretur. Vasa hinc pulcherrima, quæ Corinthia, non tantùm ob temperaturam, sed & ob sculpturam: nugantur enim quæ Corinthium dictum esse autumant à metallis in incendio Corinthiaco in massam vnam coactis. *Sicyonij* peritissimi fuere artifices, itémque religionibus addictissimi: Capram æneam colebant in foro, ne cælestis capra vitibus suis noceret. Superstitiosi admodum fuisse leguntur *Achai*.

POLITIA. *Achai* Reges habuere primum Tisamenem filium Orestis: exinde Democratico statu vsi sunt, eoque optimo: postea Remp. suam Prætoribus commiserunt, inter quos maximè laudantur Aratus, & Philopæmen. Demùm à C. Mummiò, excisa Corintho, Romanis subditi sunt. Idem quoque *Sicyoniis* contigit, & qui Achæis ab Arato iuncti erant eandem à Romanis sortem experti sunt. *Corinthij* denique primùm regibus Argiuis subditi, sibi ex Sisyphi familiâ Reges delegere: postea à 200. Bacchiadis ex Hercule natis regnum administratum est; ij sibi vnum è suo corpore præficiabant. Tyranni quoque in eam irrepserunt Cypselus & Periander. Sui iuris facti Philippo Macedoni sese submiserunt; ac demum cum legatos Romanos tractassent iniuriosè, pessimè multati sunt, Corinthoque excissâ, altero se orbatam oculo Græcia ingemuit..

N V M. 2. De Elide, & Elidensibus, seu Eleis.

NOMEN. Antea indigenæ *Epei* nominabantur, quorum meminit Homerus, sic dicti ab Epeo Rege. *Elidenses* autem ab vrbe Elide nuncupati, vel Rege Eleo; duoque populi in vnum corpus, & nomen coaluerunt.

QUALITAS. Regio fertilissima est Pausaniæ: abundabat quoque Moris & Bombycibus, ex quibus sericæ vestes conficiebantur. Hinc quoque Equi generosissimi accersebantur. Item herba Cen-

taurea hîc nascebatur teste Plinio ; denique linum biffinum laudatiffimum.

MORES. Sacri Diis censebantur Elidenses, ideóque religiofiffimi erant. Deum quemdam Myagrum colebant qui muscas abigeret, eæ autem pestem solebant inducere. Apud eos fœminæ quinto quoque anno in festo Iunonis cursu contendebant, sed sextâ parte stadium coërcebatur. Hîc ortas controuersias selectæ à Republicâ fœminæ prudentiffimè composuerunt.

POLITIA. Primùm Regibus paruere, inter quos censebatur Endymion amatus à Lunâ, Epeus, & Eleus (à quibus nomina populis indita sunt) Augias cuius stabula purgauit Hercules, Iphitus ludorum Olympicorum instaurator. Iis sublatis Democraticum statum elegerunt, mox Oligarchicum : Tyrannos etiam aliquos experti sunt. Demum Romanorum iugum sponte subierunt, à quibus contra Achæos adiuti sunt.

N V M. 3. De Messeniâ, & Messeniis.

NOMEN. Dicta est *Messenia* à Messene Phorbantis Argiui filiâ, quæ Imperium peperit marito suo Polycaoni filio Lelegis homini priuato : ita *Pausanias*.

QUALITAS. Temperatiffima est *straboni*, & egregiè rigua, ideóque alendis armentis, & gregibus peropportuna est.

MORES. Hoc celeberrimum apud eos fuit, quod in ciuitate suâ Epicureos Philosophos non tolerarent.

POLITIA. Primùm à Regibus administrata est Messenia, inter quos celebrantur Idas, Lynceus, Nestor. Eius quoque parti imperarunt Machaon, & Podalyrius filij Æsculapij. Posterioribus temporibus sibi Duces elegerunt, de quibus *Pausaniam* leges. Eorum vltimus fuit Aristomenes, quo sublato Lacedæmonij Messeniam totam sibi vindicarunt.

N V M. 4. De Laconiâ, & Laconibus, seu Lacedæmoniis.

NOMEN. Dicta est primùm *Lelegia*, à Rege *Lelege*, mox *Oebalia* ab alio Rege *Oebalo*, postea *Lacedæmon*, quo nomine Messenia quoque continebatur, à Lacedæmone Rege dicta, qui ex Taygetâ vxore Eurotam filium suscepit ; denique *Laconia*. Antiquitùs qui-

quidem dicta videtur fuisse Achaicum Argos, item Hecatompolis, ob centum vrbes quæ in eâ numerabantur.

QUALITAS. Hæc regio campos habuit admodum fertiles, & ob inæqualitatem cultu difficiles, ait *Strabon lib. 8.* Terræ motibus valdè obnoxia fuit, quibus Taygetæ montis cacumen deiectum fuisse tradit *Plinius lib. 2.* ad Tænarum Pro. preciosa marmora effodiebantur. Mons Taygeta venationi peropportunos, & exercendæ iuuentuti.

MORES. Pueri hîc optimè enutriebantur; neque enim parentibus relinquebantur liberi erudiendi, sed id Respublica præstabat. Ad rem militarem Lacedæmonij vitam omnem suam referebant, ideoque asperior erat, vt eam faciliè relinquerent, si ita patriæ salus postularet. Adolescentibus licitum erat esculenta suffurari, sed deprehensi atrociter vapulabant. Ante plenam Lunam non dimicabant: numquam fugiebant, & aduersa vulnera non tantum mortuis, sed etiam parentibus superstitionibus erant ignominiosa. Ante prælium sacrificabant Musis, vt ex ratione, non irâ pugnarent. In purpurâ procedebant ad bellum, in purpurâ cæsi sepeliebantur. Sermo eorum breuis & expeditus, & gladiis Laconicis planè similis. Reliqua petes ex Plutarchi Lycurgo, & aliis qui de Lacedæmoniorum Rep. scripserunt.

POLITIA. Regibus suis paruere, quorum potestatem Lycurgus restrinxit. Theopompus quoque adiunxit sibi Ephoros, & immunit auctoritatem Regiam (vt aiebat) quod eâ firmiore vteretur. Diu inter Græcos primas tenuerunt, quandiu fortitudinem inopiæ iunctam coluerunt, sed hâc deletâ, illa quoque emarcuit. Tempore Lysandri trecentis nauibus bellum gessere. A Thebanis ad Leuctra Bœotiz domiti superbiam posuerunt, retinere tamen libertatem, quam etiam fortiter contra Macedones tutati sunt. Cum autem Tyrannis cessissent in prædam Achæis sese coniungere, à quibus tamen oppressi sunt. Sed demum Romanis subditi Reip. formam iis adnitentibus restituere, & ab iis vt socij culti sunt. Dubitat Plato quis Spartæ status fuerit an Monarchicus ob Reges, an Aristocraticus ob Γερουσιον, seu Concilium Senum, an Democraticus propter Ephoros, qui quasi Tribuni plebis extiterent. Diu Spartæ duo Reges, qui rarè inter se conuenere; duplex enim Regum familia Eurysthenidarum, seu Agidarum celebrior, & Proclidarum, seu Eurypontidarum, ex quâ magnus Agesilaus fuit.

N V M. 5. De Argolide, seu Argiâ, & Argiuis.

NOMEN. *Argolis* nominatur à Pomponio Melâ, *Argia* à Ptolemæo: & nomen hoc ab Argo deductum est, vnde & Argiui dicti, qui postea à Danao Danaï nuncupati sunt, vt præmonuimus.

QUALITAS. Hæc Regio olim paulò siccior fuit, vt ex fabulis intelligimus, postea fontibus inuentis & apertis facta est palustris: vnde nata fabula Hydræ in Lernâ palude, quæ nihil aliud fuit quàm fons, cuius scaturiginem dum obstruere conabatur Hercules, ex tribus capitibus aqua exiliebat; neque reprimi potuit, nisi admoto igne, quo aqua repressa est in terrâ penetrata, vt habemus ex Isaacio Lycophronis Scholiaste. Vitifera quoque erat regio, & modum putandæ vitis se ab Asino recepisse gloriabantur Argiui, qui depastus vineæ pampinos eam feracem reddiderat. Hinc quoque Equi plurimi, vnde Argos *ἰππόβοτον*, vt prænotauimus.

MORES. Rescidere sibi capillum ex quo victi sunt à Lacedæmoniis pro Thyreâ. Musici excellentissimi fuere, ineptissimi oratores. In suorum funere veste candidâ amiciebantur, ait Plutarchus. De eorum superstitione multa apud Plutarchum, & Pausaniam ediscas.

POLITIA. Reges suos habuere ex Inacho ortos; qui primùm Argos, non Mycenæ regni sui sedem habuere. Pelopidæ deinde iis successere, & his Heraclidæ. Postea sui quasi iuris retento Regis nomine eius auctoritatem summam imminuere; ac demùm Achæis iuncti in ditionem Romanam transiere.

N V M. 6. De Arcadiâ, & Arcadibus.

NOMEN. Olim *Pelasgia* dicta fuit à Pelasgo primo eius Rege, sed cum filia Lycaonis eius filij, Calysto dicta, à Ioue compressa Arcadem genuisset, nepotis nomen inductum est, expuncto aui nomine.

QUALITAS. Regio erat montosa, & syluestris: vnde equi hîc plurimi, & Asini laboris patientissimi; quare abiit in Parcemiam *pecus Arcadicum*. Diu glandibus Arcades victitarunt. De aquâ Stygis dicemus in Admirandis.

MORES. Ante Lunam se natos fabulabantur; vnde & dicti

Προσέλθινες. Musicam magni fecere, & in eâ iuvenes sese diligenter excoluere. Annum diu trimestrem habuere, inquit *Plinius*. Formicas, & Ciconias vt Deos coluere, item & fulmina, & ventos quibus sacrificabant, quoniam illorum ope nihil eis nocuit Agis, cum Lacedæmoniis. In Iouis Lycæi templum qui sponte ingressus esset lapidibus obruebatur.

POLITIA. Paruere Regibus, quorum aliquos mactauere lapidibus. Mox in varias Respublicas distracti sunt, quæ tamen in speciem Oligarchiæ coalescebant, cum in Romana iura transiere.

§. 6. De præcipuis, & maioribus Græciæ Insulis.

N V M. I. De Creta, & Cretensibus.

NOMEN. Dicta est à Cretâ Nymphâ, vt legitur apud *Plinium*; aut à Cretâ vna Hesperidum, ait *Stephanus*; vel à Rege Cretâ, qui indigenis Eteocretibus imperauit, teste *Diodoro*. *Stephanus* ἀπὸ τῆς κόρης, Κορήτην appellatam credit, & syncope Κρήτην, sed quid velit per hanc vocem Κόρης nusquam reperi. *Curitis* quoque appellata est *Plinio* & *Solino* à Curetibus populis; item *Macaros*, & *Macaronissos* à cæli temperie. Idæam quoque, Chthoniam, & Aëriam dictâ esse notat *Stephanus*. Telchioniam à Telchinibus populis putant aliqui vocatam esse, sed auctores non laudant. Hecatompolis erat ex *Homero*, quod sic expressit *Virgilius*, *Centum vrbes habitant magnas*; licet nonaginta tantum fuisse annotet *Plato*.

QUANTITAS. Longitudo apud *Ptolemæum* defumitur à Coryco Pro. ad Samonium; quæ distantia reuocata ad maiorem circum ex *Ptolemæo* reddit 1542. circiter stadia. Latitudo verò à Psaco Prom. ad Hermeam, 584. circiter stadiorum est.

QUALITAS. Saluberrimi fuisse aëris ex nomine supra intellectum est. Erat montosa Regio, & syluestris, sed conualles habebat fertilissimas, inquit *Strabo*. Cupressi in eâ vbique sponte succrescebant maximè in Idæis, & Albis montibus, ait *Plinius*. Nulla hîc Noctua, nullum noxium animal, præter Phalangium, *Plutarchus*, *Plinius*, & *Alianus*. Canes hîc pugnacissimi *Ammiano*, item & *Polluci*, qui eos distinguit in Parippos, & Dioponos.

MORES. Pueros suos durius exercebant, & in turmas distributos nutriebant sub tutelâ hominis quem Ἀγέλατην appellabant.

Ecc ij

Cytharis & fistulis incendebantur ad prælium. Turpibus puero-
rum amoribus infamati sunt, de quo plura apud Heraclidem in
Politiis leges. Epulabantur *χαθήμενοι θρόνοις*; reliquos conuiuio-
rum mores ex eodem Heraclide repetes. Erant item *εὐζένοι*, & pe-
grinos primis sedibus honorabant. Fuerunt quoque Sagittarij
optimi maximè Cydonenses, *Plutarchus*. Vino addictissimos facit
Athenæus; fraudulentos, rapaces, nullius fidei *Plutarchus*. Men-
daces vulgò audiebant; rationem reddit Scholiastes Callimachi,
quia dicunt se habere sepulchrum Iouis primi inter Deos. Cætera
ex Strabone, Athenæo, & aliis repetes.

POLITIA. Reges suos habuit, inter quos celebratur Asterius
cui nupsit Europa à Ioue rapta, & vnde nati Minos, Rhadaman-
tus, & Sarpedon. Hic quoque regnavit Minos alter, qui sibi ma-
ris imperium arrogavit, & maritus fuit Pasiphaës, quam Taurus
Dux vitiauit, fuitq; pater Androgeo, atque Ariadnes. Hinc quo-
que Reges Idomeneus, & Merion, qui bello Troiano interfue-
runt. Legislatorem habuere Minoem, qui nouem annis in antro
Iouem dicitur interrogasse. Aristoteles in Politicis ait, in Reip.
formam ordinatos fuisse, quam Lacedæmonij imitari conati sunt:
de quâ lege eundem Philosophum Politicorum lib. 2. cap. 8.
Tandem vt ait Velleius à Quinto Metello domiti sunt, cum for-
tissimè restitissent, & in prouinciæ formulam sunt redacti.

N V M. 2. De Eubæâ, & Abantibus, seu Eubæensibus.

NOMEN. Eubæa dicebatur olim, Plinio teste, *Macra*, & *Ma-
cris*, propter longitudinem, vt putat Gerbelius; vel à Macride
Nymphâ nutrice Iunonis, vt vult Homeri Schol. Apud eundem
Plinium nominatur quoque *Abantias*, *Chalcis*, *Calchodontis*, &
Asopis: Abantias quidem, à populis Abantibus, qui vt ait Aristo-
teles ex Abâ profecti sunt: Asopis, ab Asopo Eubææ Nymphæ
patre: Chalcis à comite Asopi, vel quòd hîc primùm officinæ æ-
rariæ inuentæ sunt. Apud Strabonem hæc quoque Insula dicitur
Onche, & *Ellophia*: Onche quidem à monte hîc insolitæ magnitu-
dinis; Ellophia verò, à Ioue Ellope. Ælianolib. 12. hist. Animal.
cap. 33. ex Poëtis *Αρχιλοιοι* vocatur. Eius autem incolæ apud Ho-
merum sæpe Abantes, numquam Eubæenses appellantur, inquit
Strabo. *Eubæa* denique nuncupata est, vel ab Eubæâ nymphâ

prædictâ, vel ab Io boue, quasi βοὸς ὠλή, propterea quod Io hic in antro quodam Epaphum genuisset.

QUANTITAS. *Longitudo* eius ex Ptolemæo eiusque principiis est à Cœneo Pro. ad Caphareum Pro. stadiorum 1125. *Latitudo* verò à Cerintho ad Chalcidem metropolim 250. stadiorum.

QUALITAS. Olim Bœotix annexa erat, sed terræ motu, quo hæc Insula laborare solet, abrupta est, inquit *Strabo*. Calidis abundabat aquis; quæ in campo Lelanto, erant admodum salutares, ait *Plinius*: meminit idem Carystij marmoris, quod ad urbem Carystium effodiebatur. Item æs hic primò repertum fuit. Olympias ventus erat huic Insulæ peculiaris. De piscibus falsis, & Euripo dicemus in Admirandis.

MORES. Doctissimi fuere Eubœenses, & literis deditissimi, ut testantur Academia Eretriensis, & Chalcidensis, quarum meminit *Strabo*. Colebantur illic Gigantes Briareus, & Ægeon.

POLITIA. In eâ Abantes rerum potiti sunt ex Phœcide digressi, ut suprâ innuimus. Instituta postea duæ Resp. Chalcidis & Eretrix, quæ Colonias dimiserunt in varias Regiones; his principia dederunt Athenienses, Aclus Eretrix, Cothus Chalcedi.

NVM. 2. De Corcyra, Phœacibus, & Corcyreis.

NOMEN. Dicta est hæc Regio *Corcyra*, & *Cercyra*: *Coreyra* quidem à Corcyra Nymphâ quam Neptunus rapuit, & in eam Insulam detulit, ait *Diodorus*. *Cercyra* autem à Cercyre Afopi filiâ. Appellata quoque *Phœacia* à Phœaco Neptuni & Corcyræ filio, ut vult *Stephanus*, vnde populi Phœaces huius insulæ Coloni, de quibus tam multa *Homerus*. *Ceraunia* quoque dicitur apud Apollonium 4. Argon. Apud Æthicum *Cassiope* ab urbe cognomine. *Eustathius* quoque notat vocatam esse *Scheriam*, *Argos*, & *Drepanem*: & *Drepanem* quidem, vel à falce quam à Vulcano impetrarat *Ceres*, eamque hic defoderat, vel ab eâ quâ Saturnus patrem exsecuit. Inuenitur quoque dicta *Macris* à *Macride* Nymphâ *Bacchi* nutrice.

QUANTITAS. Ex Tabulis Ptolemaïcis, eiusque mensurandi ratione *Longitudo* Eubœæ ab urbe *Cassiope*, ad *Leucimna* Pro. erat 583. stadiorum. *Latitudo* ab *Amphipego* Prom. ad *Corcyram* urbem 166. stadiorum.

QUALITAS. Fertiles agros hinc fuisse intelligimus ex studio Agriculturae, quod in huius insulae cultoribus viguit. Distabat tantum 12. passuum millibus ab Epiro, seu stadiis 96. cui frumenta sufficiebat.

MORES. *Strabo* Corcyraeos ait eadem tonsurâ, linguâ, chlamyde, cum Macedonibus vsos. Rei nauticae fuere peritissimi, ideoque ditissimi, & deliciis omnibus abundantes. Superbia & fastus ab omnibus arguuntur, & eorum scuticæ abiere in Paræmiam, de qua lege Adagiographos.

POLITIA. Olim Corcyraei habuere suos Reges inter quos numerantur Alcmaeus, & Alcinous Nasicæ pater, qui Phæacibus imperabat. Ex Melitâ Insulâ prodiisse Phæacas dicemus lib. 5. huius partis. Postea in Reip. formam transit, & ad tantam excreuit potentiam, ut Colonias aliquot emisit, quarum celeberrima Epidamnus, cuius causâ Græci tantâ obstinatione concurrere. Sola Eubœa 60. naues ad bellum Persicum misit: postea adeo deserta fuit, ut locum inquinatissimo Proverbio dederit.


De aliis Insulis Lemno, Cephaleniâ, Zacyntho, Sporadibus, Cycladibus dicemus in Geographica descriptione.

C A P V T VII.

Achaia, seu Helladis Geographica descriptio.§. I. *Attica, hodie le Duché de Setines, ou d'Athenes.*

ATHENÆ, hodie *Setines*, tam celebres ut nullius egeant præconio, inquit Plinius, commune totius Græciæ ὀπμηθη-
 εων Aristidi, ἀπὸ Antonomasticos dicta, cuius incolæ dicti
 Astici, Pelasgi, Cranai, Cecropide, Iones, & tandem Athe-
 nienses, ait Stephanus, à Minerua Ἀθηνᾶ. Hanc descriptam
 vides accuratè in Tabulâ, vbi inter duos Fl. Cephisum &
 Ilissum iacet cum arce celeberrimâ in qua olea bello Persi-
 co mirabiliter succreuit, & Tyrannorum receptaculum
 fuit. Vides hinc quoque *Academiam, Lyceum*, & alia loca
 quæ satis est indicasse. De Portibus vrbi coniunctis per
 longos muros dicemus in orâ Maritimâ.

Oenoe, vrbs in confinio Bœotia & Atticæ, bello Pelopon-



nefiaco celebris fuit, & dolo tum capta: sic dicta est ab Epochi sorore, ait Pausanias.

Declea, & Decelia bello Peloponnesiaco clara, cuius meminit Thucyd. lib. 6. & 7. stadiis 120. circiter ab Athenis distans, & totidem à Bœotiâ. Castellum Atheniense dicitur apud Vegetium & Stephanum.

Marathon, hodie *Marathona* Sophiano, *Marasôna* Nigro, sic dicta à Marathone quodam Heroe. Ad hanc Miltiades eâ clade Persas afficit, de qua Herodotus lib. 6.

Aphidna municipium Atticæ, vna ex vrbibus 12. quam Theseus Athenas contraxit.

Hymettus mons, nomen retinet *Hymetto*; olim & Cecropius, & Ateus dictus. Celebris est floribus, melle, marmore, Ioue Hymetio à quo pluuia petebatur, Apolline Προ-Ψω *providente*, & eo Tauro quem Theseus occidit.

Eleusis: *Lepsina* Sophiano, *Salina* Nigro: ab eâ via sacra ducebat Athenas, sic dicta ab Eleusine, vel Eleusinio Heroë Mercurij, vel Ogygis filio. Hic celebrabantur Mystéria in honorem Cereris & Proserpinæ, de quibus multa veteres.

ORA MARIIMA

POR- TVS A- THE- NA- RVM.	{	Pyreus, hodie <i>Pyreo</i> ad ostia Cephisi Fl. Munichia: <i>Macina</i> , vel ostium Ilissi Fl.	}	Portus duo commodissimi longis muris Athenis con- iuncti, opera & fraude Themistoclis, reclamanti- bus frustra Lacedæmoniis.
		{	Phalerus, <i>Porto-leone</i> , nobis <i>Port-leon</i> , primus Athe- nienfium portus, coniunctus vrbis iam à Troianis temporibus.	

Anaphlistus, & Anaphlystus, hodie *Asapa*, vbi Panos delubrum, & Veneris *καλλιὰδος*, ad quam appulerunt naufragi in pugna ad Salaminâ. Sic dicta ab Heroë filio Troezenis.

SUNIUM Promontorium, hodie *le Cap de Colomes*, à columnis hinc extantibus, alij *des Colombes*: apud Homerum & Aristophanem dicitur Prom. Palladis, apud Vitruuium coniunctum Sunium Palladis.

Panormus, *Portus Rapheâ*, Sophiano.

Rhamnus Rhamnuntis, sic dicta à spinoso rubo; in eâ colebatur

ATTICA

lebatur Nemesis, quæ inde Rhamnusia. Statua hæc erat artificij mirabilis, & venustatis, Varroni.
 Oropus; *Zucamini*, vel *Sucamino*, opposita Chalcidi in angustiis Euripi. Ob hanc urbem in limite positam grauia bella gesta sunt inter Bæotios, & Athenienses. In eâ erat templum Amphiarai, qui cum curru terrâ haustus est, hîcque primùm cultus vt Deus.

§. 2. *Megaris.*

CON-
T I-
NENS

MEGARA: *Megra*, vel *Megara*, *Sophiano*, *Mazarino* Nigro, sic dicta à filio Apollinis: antea dicebatur Nisæa, seu Nisa. Vtrum dicta sit Alcatheo cuius meminit Ouidius, dubito. Putat & Niger dictam esse Alexandropolim, sed sine auctore.

M E-
G A-
R I-
D I S.

Ægirusa cuius meminit Xenophon 5. *Ellinican*, quam putat Volaterranus esse Ægosthenam, cuius meminerunt Pausanias, & Stephanus; Plinius quoque meminit Ægostheniensium.

O R A
M A-
R I T I-
M A

Pagæ, vel Pegæ, hodie *Lina dofa*, propugnaculum Megarensium Thucydidi, vbi sepulchrum Herois Ægialæi.

M E-
G A-
R I-
D I S.

Scironides petreæ in eâ viâ quæ ab Isthmo Megaram ducit, sic dicta à Scirone latrone qui in iis viuebat, & in viatores nullo nõ crudelitatis genere sæuiebat, quem sustulit Theseus: ab iis ventus Sciron nomen accepit.
 NISÆA, & Nisæum Megarensium portus longis muris iuncta Megaræ: cum tâtum ab ea 8. stadiis distet; Strabo ait decem, & octo, corruptè: idem quoque videtur eam Minoa vocare, sed Velius in suâ tabulâ Minoam Insulam facit è regione Nisææ.

§. 3. *Bæotia.*

CON-

V R- THEBÆ Bæoticæ cognominatæ, itémque Ogygiæ ab Ogyge, qui hîc rerum potitus est, cuius muros Amphion, & Zethus mirabiliter excitauerunt, vt volunt Mythologi. 7. in hac vrbe portæ, vnde He-

Parall. Geogr. Tom. II.

F ff

- prapylos dicta; hinc nati Bacchus, Hercules, Pindarus: hodie *Tina* Sophiano, *Stibes*, aut *Stines* Nigro, *Tyana* Lazio. Iuxta urbem Fons Dirce, ab inimicâ Antiopes sic appellata. Eius arx munitissima Cadmæa dicebatur, de quâ sæpè in historiâ Græcâ.
- Plateæ, & Platea; sic dicta à Remorum latitudine, ait Stephanus. Ad hanc Iouis seruatoris Ara, & Fons Gargaphia; hinc denique victus Mardonius à Græcis; de quo Herodotus lib. 9.
- Hiriz circa Aulydem, cuius lacus Hyries dictus est. Copa cui sæpè periculum imminet ab inundationibus lacus, cui nomen dedit: eius incolæ primi inuenère remum, vnde & dicta est; Κοπή enim remum sonat.
- Tanagræ, *Anatoria* Castaldo; quam Stephanus ait ab Homero vocari Græam, & Pœmandriam, ab Aristotele Oropum. Cur dicta sit Græa leges apud Pausaniam in Bœoticis.
- LEVCTRA Bœotiz ad discrimen Laconicorum: vbi victi Lacedæmonij ab Epaminondâ deposuere animos, Thebani victores extulère.
- Haliartus ad lacum Copiadem, Persici odij monumentum; ad hanc cæsus Lysander in eâ sepultus est. Thespiæ, & Thespia, hodie *Tespe*, in Helicone monte vnde Musæ Thespiades dictæ; vbi fons Lynope Vibio Sequestro, in quo Narcissus se visum amavit. Hic quoque Cupido opus mirabile Praxitêlis, datus ab eodem Glyceræ meretrici.
- Ascra Hesiodi patria vulgò, quod tamen Lilius Giraldus negat. Sita erat in agro Thespiensium, in parte dextrâ Heliconis, in quâ Otus & Ephialtes primùm Musis sacrificauère.
- Lebadia, olim in editiore loco sita, Midia dicebatur; sed Lebedus quidam Atheniensis eam in planitiem transtulit. Hic Trophonij oraculum celeberrimum, de quo lege Phauorinum, & Aristophanis interpretem. Hodie *Bodia* dicitur.

BES

CON-

T
I
N
E
N
S

TI-

NEN-

TIS

BOE-

		Coronea loco edito sita, hodie <i>Corone</i> Pineto, ad quam Agesilaus vicit Thebanos, Athenienses, & eorum socios.
	O-	CHERRONEA, Plutarchi patria, quam condidit Cherrone Apollinis filia. Ad hanc Græcia victa per Philippum libertatem perdidit; gloriam Mitridates superatus à Sylla: <i>perit omnino.</i>
	T I Æ	ORCHOMENVS: <i>Orchomeno</i> , Pineto est, olim opulentissima ciuitas, ab equis suis celebrata. Hic primum Gratiis templum excitatum ab Etheocle: item visabantur hinc Oraculum Tiresiæ, & Acidalia fons Veneri sacer. Cognominata est ab Homero <i>μυρτίου</i> , ad differentiam Arcadiæ, quam <i>Πολύμηλον</i> cognominauit.
B O E O T I Æ	FLV-	Cephisus cadens in Copaidem lacum, mox per cuniculum existens, inundationibus admodum obnoxius: nomen retinet <i>Cephisso</i> .
	V II	Coralius Fl. seu Cuarius in eundem lacum decidens, & coroneam urbem alluens: nunc <i>Corali</i> .
	BOE-	Ismenus, olim Pes Cadmi dictus, quod impresso in terram Cadmi pede extitisset, postea ab Ismeno Niobes filio, qui in eum se præcipitauit, nomen accepit. Quidam prius Ladonem, & Cnopum dictum volunt: hodie <i>Ismeno</i> .
	O-	Asopus à Rege Plateensi dictus, ab Homero <i>βαθύχοιρος</i> <i>excelsos iuncos habens</i> , & <i>λεχέποιος</i> <i>abundans herbis</i> , quibus lecti sternuntur: nunc retinet nomen <i>Asopo</i> .
	LA-	COPAIS; Pausaniæ <i>Cephisides</i> , à Cephisso Fluuio quem haurit, & à vicinâ vrbe Haliartus, à Stephano <i>Leuconis</i> , Æliano in Variis Onchesti Palus, eius Anguillæ inprimis celebrantur: hodie dicitur <i>Lago di Stiuo</i> .
	CVS	
	MON-	CYTHERON Parnassi pars, vt putat Seruius, quem ait diuidi in Heliconem sacrum Apollini, & Cytheronem Baccho. Dictus est à Cytherone Rege Plateensi, quem aliqui Heliconis fratrem di-



TES

cunt; à Citharâ Lactantius, quòd hîc sæpe perforuerit. In eo Trieterica celebrabantur. Feris erat refertissimus, ideòque oculus Dianæ nominatur ab Euripide in Phœnissis: nunc etiam dicitur *Cithærone*.

BOE-

HELICON Musarum Domicilium, ad quem olim habitasse Thracas pluribus docet Strabo, aitque à Parnasso non longè abesse; certè videtur esse Parnassi pars, vt hic Pindi, ideòque à Poëtis hæc tria nomina sæpe confunduntur. Sic dictus est à fratre Cytheronis Helicone, quos ambo in montes conuersos fabulæ asserunt: diuersi generis ob diuersos mores, Cytheronem asperum in montem Furiis additum, Heliconem facilem in eum qui Musis sacer esset. In Helicone sepulchrum Orphei in quo philomelæ nidificabant. In eo fontes Hippocrene, seu Caballinus, & Aganippe, qui ortus in Musarum luco cadit in Permessum Fluum, & hic in Holmium, quem postea Copais lacus haurit. Ad eum quoque vrbes Thespiæ, Aſcra, Nissa apud Poëtis celebratissimæ: hodie *Heliconi*.

O-

TIÆ.

ORA

IN EV-

Larymna inferior ad ostium fluuij Cephisi *Talandi*, vt credo.

MA-

Anthedon Ptolemæi: *Talandi* Ortelio, meliùs nomen retinet *Anthedona*.

RITI-

RIPO

AVLIS portus statione Græcorum celeberrimus, Strabo hunc 500. nauium capacem scribit, Liuius lib. 45. mille nauium; ad hanc immolanda erat Iphigenia: hîc optimi figuli: nomen habet, vel ab *αὐλοῦ ἄνωγαι* stationem habere, vel *ἀλιόθιναι*, vel à Nymphâ: *omnino intercidit*.

MA

BOE-

O-

IN SIN-

THISBE patria Ismenæ Tibicinis, de quo in Historiis: Portus eius Petrosus dicitur apud Stephanum: *perit*.

TIÆ.

CORIN-

Siphæ, aliter Tiphæ, hodie *Rosa*, Sophiano est.

THIA-

Creusa, seu Creusæ *Linadia* vt putat Dominicus M. Niger Thespiensiu nauale Straboni,

CO.

§. 3. De Phocide.

ORA } Cyrha quam aliqui cum Crissâ confundunt, vt notant
 MA- } Eustathius & Stephanus, idque ex Homero vt cre-
 RITI- } dunt, sed eas Strabo, & Ptolemæus distinguunt. Sita
 MA } est ad Plistum Fl. Ab eâ dictus Cyrhæus, sinus Co-
 PHO- } rinthiacus. Hic primùm Lycurgus Spartanus sepul-
 CI- } tus fuit: hic quoque Hippodromus in quo Pythica
 DIS } certamina celebrabantur: hodie *Aspropiti* dicitur.
 Crissa dicta est à Crisso Panopei fratre, qui Durateum
 equum fabricauit: ab ea quoque sinus Crissæus dictus
 est: *hodie quid sit ignoratur.*
 ANTICYRRA, & Anticyra Phocica dicta: duæ enim
 fuerunt, vna in sinu Malliaco ad Oetam montem, alia
 hæc nostra. Vtrobique nascebatur Helleborus, sed
 in hac præstantior. Duplicis autem generis est; Ni-
 ger quo euacuatur aluus, & Albus quo vomitus cie-
 tur. Hodie Pineto vocari creditur *Suola*.

CONTINENS }
 VR- } DELPHI, hodie *Castri*, Sophiano, *Salona* vicus Nigro,
 BES } vrbs sic dicta, vel à Delpho filio Neptuni, vel quòd
 CON- } Apollo mutatus in Delphinum eò natauerit. Hic
 TI- } Apollinis oraculum, & templum ditissimum à Gal-
 } lis direptum duce Brenno.
 Daulis, & Daulias oppidulum vbi potitus rerum est
 Thereus Rex Thracum. Hanc Thucydides collo-
 cat in Megaride, Liuius in excelso tumulo. Stra-
 bo sic dictam putat à confitis arboribus quas Locri
δαολῆς vocant, vel vt Pausanias à Daulide Nym-
 phâ.
 Elatea *ἐλάτεια*, & *ἐλατία* maxima Phocensium post
 Delphos: nomen accepit ab Elato qui Delphos
 tutatus est contra Phlegias. Incensa est à Persis,
 capta à T. Q. Flaminino; Elaticos eius campos vo-
 cat Plutarchus in Sylla.
 Drimea, à nemorum frequentia nomen habet, Græ-
 ci enim loca nemorosa *δρυμαδῆ* vocant, eius inco-
 læ Naubolenses Plinio, *Ναυβολεῖς* Pausaniæ.

PHOCIDIS.

NEN-
TES

PYTHIA: Parnasso adiacens ab aliis Phocidi, ab aliis Bœotix tribuitur. Ab Homeri Scholiaste cum Delphis confunditur. Vnde dicta sit nondum liquet, an à Pythi, an à Pythone serpente confixo, an à *πυθεσθαι* quod *computrescere* sonat, & *interrogare*. Ab eâ certè virgo fatidica Pythia dicebatur.

MONS.

PARNASSVS: *Parnasso* Castaldo, *Lyacura* Sophiano, quem in medio mundi situm esse Poëtæ confinxerunt; dictus est à Parnasso Heroe, vel Parnaso. Alij Parnassum dictum volunt à *Ἀρπυξ* arcâ quâ huc primùm appulit Deucalion. *Δισόρυπος* dicebatur *Biceps*, alterum iugum Apollini, alterum Baccho sacrum erat, hoc *Nissa*, illud *Cyrrha* dicebatur, vt ait Lactantius Grammaticus. Herodotus tamen ei tantùm vnum iugum tribuit, quod *Tithorea* vocari ait. Seruius eum in Theffaliâ collocat.

§. 4. De Doride.

IV. VRBES
DORIDIS
vnde dicta
est TE-
FRAPOLIS

Pindus Straboni, Plinio, & Stephano à quibusdam Acyphas.

Erineus, cuius ficus laudantur ab Athenæo, vt putat Phauoricus, nomen habet à Caprifico.

Cytinium conditum à Dorienfibus Straboni, cuius incolæ Cytiniates, à Cytinâ Theffaliæ ciuitate.

Boïum, seu Boæum: Stephanus credit apud Homerum appellari *Βοῖον*.

VRBES
ADIECTÆ
DORIDI

LILÆA, vrbs Doridis Ptolemæo, sed à Stephano, Strabone, & Pausaniâ tribuitur Phocidi: ab eâ oritur Cephissus Fl. qui cadit in lacum Copaidem.

Sperchium ad radices montis Pindi.

§. 5. De Locris.

LO-

AMPHISSA maxima, & nobilissima ciuitas Locrorum Pausaniæ, sic dicta quòd vtrimque montibus valla-

- retur, vel ab Amphissâ Nymphâ cuius hîc sepulchrum. In eâ arx vbi simulachrum Palladis Troiâ delatum. Amphissæi offensi Locrorum graucolentiâ sese Ætolis applicuerunt.
- CRI** NAVPACTVS ciuitas Locrorum, quam tamen Strabo, & Plinius tribuunt Ætolix: sic dicta est, quòd hîc Heraclidæ suas naues compegerint, ait Strabo: alij tamen negant, & ante hoc tempus urbem stetisse aiunt: hodie *Lepanto*, nobis *Lepante*.
- O** Molicria, & Molicion, ad quam delatum à Delphinis Hesiodi cadauer. A Stephano tribuitur Ætolix, quòd mirari desines, si obseruaueris harum regionum terminos sæpe reflexos esse.
- ZO** Antirrhium Prom. sic dictum quòd opponatur Rhio Peloponnesiaco. Fretum intercurrentes *Rhium* dicitur Liiuo, & Melæ; Heliodoro *Caledonium*: hodie *Stretto di Lepanto*, & Promontoria *Castelli di Lepanto*, seu *Dardanella*. Niger tamen ait Rhium dici *Trapani*, Antirrhium *Galata*, Pinetus *Cabo Scandrevi*.
- LÆ**
- LO** OPVS Opuntis, Opoëis, Stephano à quo tribuitur Epicnemidiis; inde sinus Opuntinus idem cum Oetxo Ptolemæi: sic dicta est ab Heroe. *Αγλαβερος* dicta est ob egregias arbores; & viros eximios tulisse perhibetur.
- CRI**
- O** Atalanta Insula, prope Eubœam Plinio, hodie *Talandi*: hanc desertam munière Athenienses, sed maris æstus præsidium disiecit.
- PVN** Cynus Opuntiorum Nauale, cum Promontorio cognomine: hîc habitauit Deucalion, & Pyrrha eius vxor hîc sepulta.
- TII**
- LO** CNEMIDES, & Cnemis propriè mons, & collis Straboni, & Eustathio, qui ad instar Tibix, aut Ocreæ in mare procurrit.
- CRI** Thronium vrbs ad Boagrium Fl. Plinio, in sinu Malliaco Liiuo lib. 36. Vastatum est à Xerse, & incendio deformatum, vt ait Pausanias in Phocicis.
- Parasopias vrbs ad Fl. Asopum, vnde nomen acceperit ad

- montes Loericos, populi Parasopij.
 Afopus Fl. distinguendus à Bœotico: hic alluit Hera-
 cleam, & inter Oetam & Loericos montes defluit.
 EPI- Heraclea cognomento Trachin, de quâ in Thessaliâ,
 cui sæpe tribuitur, terminis sæpe per victorias horum
 populorum immutatis.
 CNE- THERMOPYLÆ Fauces in Historia Græcâ Romanâque
 celeberrimæ, Leonidæ Lacedæmonij nobile moni-
 mentum cum 300. *Spartanis*, quas tibi in Tabulæ Ap-
 pendice exhibemus, Chorographiâ ex Herodoto in
 MI- Polymnia, seu lib. 7. & Liuiο variis in locis, Appiano
 in Syriacis, Strabone lib. 9. petitâ. Nomen habent à
 calidis lauacris, & angustiis quæ sunt tantum 25.
 pedum, vt ait Vlpianus in Demosthenem. Quomo-
 dio autem vocentur in præsentia non est facile statue-
 re, veriùs tamen audio ab indigenis vocari *Bocca di*
Lupo.

§. 7. De Ætoliâ.

- V
R
B
E
S
CALYDON prima vrbs Ætoliæ, Homeri Scholiasta, & Stra-
 boni Πρόσχημα τῆς Ἐλλάδος, hoc est inquit Eustathius
 Προεόπιον, ad Euenum Fl. Plinio: iuxta hanc mons Ta-
 phiassus. Memorabilis est Apro quem interfecit Melea-
 ger: Monstrifera dicitur ob aues Meleagrides. Hic Diana
 Laphria colebatur, & hodie *Siton* nominatur.
 PLEVRON, ad Fl. Acheloum non procul à Lyfimachia palu-
 de quæ olim Hydra, vel Hyria dicta est, quondam Græciæ
 propugnaculum cum Calydone Straboni, & Eustathio.
 Dicitur Martia ob Martem hinc cultum, & Meleagria à
 Meleagrosponso Atalantæ.
 OECHALIA vrbs Ætoliæ Straboni, diuersa à Laconicâ, &
 Thessalicâ, vtraque autem Ætolica, & Thessalica dicitur
 Euryti, vel Eurytium, quare ad alterutram facta Herculis
 reuocare potes.
 Chalcis in radicibus Coracis montis (qui hinc quoque Chal-
 cis appellatur) vnde hæc Hypochalcis Straboni nuncu-
 patur. Olim ad mare fixa erat, vt innuere videtur Homerus,
 qui

ETOLIAE

FLVII ETOLIAE

qui hanc ἀρχίαλον vocat, postea in continentem trans-
lata est.

Oenias, & Oeniadæ ad mare, ad ostia Fl. Acheloi; ab inter-
prete Sophoclis tribuitur Acarnaniæ, & Dulichio Insulæ
opponitur. Apposita tria habebat stagna *Meliten, Cyniam,*
& *Vriam*; hodie dicitur *Drakamesto*.

OLENVS, masculini generis, & fœminini, vt docent Græci
Grammatici: sita est sub Aracyntho vrbe, quam Ptole-
mæus Arachthum vocat. Ab Æolibus euersam fuisse tra-
dit Strabo, & tantum eius extare rudera.

Pylene Verus & Nouum, aliter Profchium dictum Straboni,
cuius fit mentio apud Homerum.

EVENVS Fl. antea Lycormas, vt aiunt Strabo & Plutarchus:
ad hunc vulneratus Centaurus ab Hercule: vnde & Cen-
taureus cognominatur à Statio; Robertus Stephanus Cē-
taurum dici quoque putat. Ab eo quidam faciunt initium
sinus Corinthiaci; apud Hyginum vocatur Chrysorhoas.
Hodie *Lafidari*, vel *Phidari*.

ACHELOVS Fl. vnde Strabo sinum Corinthiacum incipit;
malè à Vibio in Malliacum sinum effunditur. i. dicebatur
Axenus, postea Thestius, denique Achelous, Tzetzi quasi
τὰ ἀχνη ἀγλίων dolores dissoluens, ab incolis Acarnas no-
minabatur. Hodie Cyriaco Anconitano *Geromlea*, Nigro
Carochi, Sophiano *Aspri*, quod probabilius.

CAPVT OCTAVVM.

De Peloponneso.

§. I. De Achaiâ, seu Regione Achæorum.

CO-

CORINTHVS: *Coranto*, Turcis *Germe*, vt ait Leuncla-
uius, totius Græciæ lumen Tullio; dicta & Pelopon-
nesi porta, & Bimaris, quia Ionio mari per Corinthia-
cum sinum, & Ægeo per Saronicum alluitur. Vo-
cata est primùm Heliopolis ab æstu: tum Pagæ à fon-
tibus: tum Ephyra ab Ephyro Heroë, ac denique Co-
rinthus. Velleius afferit 900. annis conditam à Baletæ

Parall. Geogr. Tom. I I.

Ggg

Hipponis filio antequàm à Mummio euerteretur. De eius ære quis nescit? arx eius Acrocorinthos appellabatur; de eâ lege Pausaniam in Corinthiacis.

Cenchreæ nauale Corinthiorum in sinu Saronico, Emporium Liuius; ad hanc urbem altissimum est mare; quamobrem ineptè est deterritus Demetrius ne Isthmum suffoderet.

RIN-

Lecheum aliud nauale in Corinthiaco sinu 40. stadiis distans à Cenchreis.

Schænus locus vbi Isthmus est angustissimus Straboni.

ISTHMVS CORINTHIACVS, vbi positâ columnâ ab Ionibus in cuius parte versus Atticam scriptum erat τὰ δὲ οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία: versus autem Corinthum, τὰ δὲ ἔστι ἡ Πελοπόννησος ἐκ Ἰωνία. Hic 5. quoque anno celebrabantur Ludi in honorem Neptuni, quia olim præcipui erant 5. populi Peloponnesi. Eò quoque conueniebant Græci in rebus maioris momenti. Hunc quatuor Principes suffodere conati sunt,

THIA

Demetrius, Iulius Cæsar, Caligula, Nero, ac denique Herodes Atticus priuatus homo, de quo Gellius, sed irritò conatu; ἔπο χερσὶν ἀνθρώπων τὰ θεῖα βιάσασθαι exclamat Pausanias. Itaque ductus murus, primùm caeso ad Thermopylas Leonidâ, 40. stadiorū, à Lecheo ad Cenchreas, postea ab Atheniensibus, dictūque Hexamilium, quod dicendum esse potiùs Pentamilium putat Hermolaus. Dictus est & διολιός, vt ait Strabo, quia hîc à mari ad mare naues plaustris subuehebantur.

SI-

ASO-

PIA,

feu

CYO-

Ma-

SICYON: *Basilica* vetustissimum Græciæ oppidum in colle situm, qui Cereri sacer erat: primò dicta est Ægialos, deinde Mecon, 3. Telchinia, quia in eâ Telchines habitant; 4. Ionia Straboni, 5. Hellas Suidæ. Demum incolis aliò translatis dicta est Demetrias, teste Plutarcho.

Afopus Fl. *Arbon* ex monte Cæloste ortus, cuius pars est Carneates, Straboni lib. 8. incolæ

DELINEATIO
PELOPONNESI



NIA

riti-
ma.dicebant Mæandrum per mare Ægeum tran-
sire in fontem Asopi, ita Pausanias.Sellæis Fl. radicem alluens montis ab Occiden-
te cui imposita Sicyon: iam nullius nominis est.Nemea Fl. *Langia*, agrum Sicyonium, & Co-
rinthiacum determinat apud Statium.PHLI-
ASIA,
seu
Regio
mon-
tana.PHLIUS, *Υρι Sophiano*, *Rupela* Laonico, *Foi-
ca* Pineto, prius Aranthea dicta, & Arathy-
na, ait Stephanus, sita in colle qui Aranthinus
dicitur: Castellum Phliunta vocat Plinius.
Arcem habebat vbi colebatur Ganymeda,
seu Hebe in luco Cyparissis confito: *perit*.A
C
H
A
I
AO
R
A
M
A
R
I
T
I
M
A

VR-

PATRÆ: *Patras*, Colonia Plinio, prius dicta
Aroë; eius incolæ nobiles funditores. Hic pri-
mum imperavit Eumelus. In eius arce cole-
batur Laphyra Diana, de quâ vide Pausaniam.DYMÆ: *Clarenza*, Colonia Plinio sic dicta quod
postrema sit vrbium Achaicarum in Occi-
dentem, antea Stratus, & Palcia Pausaniæ,
itemque Cauconis, vel à Cauconibus popu-
lis, vel à Fluvio Caucone. In eâ Piratas ali-
quot Pompeius collocavit, & ab eâ circum-
posita regio dicta est DYMÆA, & incolæ Dy-
mæi.

RES

OLENVS, & Olenum: *Canigrifa* Pineto, *Cha-
miniza* Nigro, ad Fl. Pierium Pausaniæ; *Ole-
nos tectis habitata maris* ait Seneca, quia sci-
licet incolæ ob penuriam aliò confluxerunt:
Eò quoque pertinent quæ de Oleniâ caprâ
nutrice Iouis aiunt fabulæ.ÆGIVM: *Bostizan* Cyriaco Anconitano, *Visti-
za* Nigro, ex 7. vel 8. populis facta ciuitas ait
Strabo, vrbs populosa, & *συνέδριον* Achæorum,
sic dicta à duabus capris quæ Iouem nutrie-
runt: nisi hanc nomenclaturæ originem velis
transferre ad *Ægas*.PRO- (Araxus Pro. hodie Bordonio, *Capo di Chiaren-*

ACHAIAE.

MON-

TO-

RIA

za, nobis *Cap de Clarence*, Nigro *Capo Tornefe*.

RHIVM Promontorium, aliter Drepanum Ptolemaeo, hodie *Capo di Trapani Nigro*, aut vna ex Dardanellis Lepantinis, *les Dardanelles*, seu *Castelli di Lepanto*: de eo vide, superiori capite §. 5.

CONTINENS ACHAIÆ.

VRBES

PROPRIA.

ÆGIRA: *Xilocastro*, antea Hyperesia dicta Homero, sed cum incolæ beneficio caprarum quarum cornibus faces alligant, hostes deiecissent dixere Ægiram: eam Polybius describit lib. 4.

Bura cuius vestigia, ut ait Gemistus, dicuntur *Per-nitza*, ad Buraicum Fl. Pausaniæ, Ionum vrbs, quæ tota terræ motu concidit cum omnibus templis & ædibus, duobus tantum ciuibus seruatis.

Helice Gemisti tempore *Tripia*, hodie *Niora*, ut vult Molanus, in quâ colebatur Neptunus Heliconius magnæ apud Iones venerationis; 12. annis ante pugnam Leuæricam submersa est, ait Plinius: de eâ Strabo lib. 8.

PELLENE & Pellina Stephano, à quâ Pellenicæ Clenæ dicebantur, præmia Athletarum, à Gemisto dicitur *Cercoba*, Nigro *Zaracha*, sed ab incolis *Diaopton*.

Larissus Liuio & Pausaniæ limes Achæorum & Elidensium.

Achelous Pausaniæ & aliis idem fortè qui Cauconis, cum ad vtrumque Dyma vrbs apponatur.

Erasinus diuersus ab alio qui per Argolidem fluit.

Crathis ad cuius ostium Ægæ.

Pierus, cui Olenum vrbs Pausanias affigit.

FLVYII

nomina leuiter immutata retinēt.

§. 2. *Argia, vel Argolis.*

O R A M A R I T I M A A R G O L I D I S.

I N S I N V S A R O N I C O .

EPIDAVRVS, hodie Sophiano *Cherronesi*, Nigro *Pigia-da*, Pineto *Æsculapio*, vrbis Æsculapij templo memorabilis extra mœnia excitato, in quo multa donaria, & tabellæ votiuz sanitatis receptæ monumenta: malè hanc Stephanus ait Limeram dictam; sed hæc dicta *ἀίμηξ*, quod Æsculapij ara perpetuo cruore maderet, & *Μελινοία*, quod hîc languentium dolores mulcerentur: postea Monembasia dicta est, & Monobasia, vt aiunt Gregoras, & Gemistus.

SARONE, Saronia Stephano, à quâ dictus sinus Saronicus, à quibusdam cum Trœzene confunditur: *intercidit*.

TROEZEN: hodie *Pleda* Castaldo, *Damala* Nigro; aliter Apollonia dicta, nomen habet à Pelopis filio, & nemo hîc nubit, aut ducit quin Hippolyto comas totonderit, ait Lucianus. Fit quoque mentio virginum Trœzeniarum, quæ Mineruz Apaturiz zonas offerebant, vt dicemus in Insulis.

Scyllæum Prom. hodie *Capo Schilli* à Scyllâ Nifi filiâ.

I N S I N V A R G O L I C O .

HERMIONE, vnde sinus Hermionicus; in eâ erat templum Cereris, & Proserpinæ cum Asylo. Putabant hinc ad inferos breuissimam esse viam, ideoque hîc à morientibus nulum non exposci: *omnino perit*.

Phlius diuersa à Sicyonicâ, ideoque Argiua cognominata. A sine postea Lacedæmoniorum vicus, vbi habitauere Dryopes quondam, qui ex Sperchij ripis huc confluxere.

NAVPLIA, Argos nauale, hodie *Napli de Romanie*, vulgò corruptè *Napoli*; à Nauplio Palamedis patre dicta, iuxta quam Labyrinthi à Cyclopibus extracti, qui quod labore manuum viuerent *χαστόχειρες* nominati sunt. Hîc quoque fons Canathus in quo Iuno singulis annis lota virgo fiebat: ad hunc quoque portum Ægyptij primùm cum Danao appulerunt.

ARGOS: hodie *Argo*; ab Argo homine experientissimo, item & *Phoronia*, à Phoroneo: dictum *ἰν πρὸ βοτῶν*, vel quia hîc multi equi, vel quia Agenor equitatu hanc regionem inuasit. Item *Iasum* à Iasio, *Dipylon* ob aquarum penuriam, *Ægyalia* & *Asia* apud Eustathium. Arx vrbi imminens dicebatur *Larissa*. Hinc orti *Cleobis*, & *Biton*, morte suâ, & pietate in matrem nobiles.

MYCENÆ: Sophiano *Agios Adrianos*, Nigro *Charia*; aliter *Mycene*, & *Mycenica*, postea *Polyphengon* ad *Inachum Fl.* vnde *Inachia* dicta; sic dicta vel à primo mugitu *Ius Vaccæ*, vel manubrio *Persei μύκνς*. Eius muri *Cyclopes* struxerant quare dirui non potuerunt. Ad eam fons *Persea* dictus, & rudera *Gazophylacij Atrei*.

CLEONÆ: *Sannasily* Nigro, vrbs non admodum magna; vnde *humilisque Cleona* *Ouidio*; vel à *Cleone* *Pelopsis* filio, vel à *Leone* *Herculis* quasi *Leonæ* nominatae sunt.

NEMEA: hodie *Trifina* Nigro; sic dicta, vel quòd boves hîc *Argus* pauerit, vel à *Danaï* filiis inter quos distributa hæc regio. Hîc ludi celebrabantur de quibus lege *Pausaniam*: hos instituere septem duces *Argiuorum*, vt consolarentur *Hypsiphilem* de morte *Archemori* filij: postea cæso *Leone*, in honorem *Iouis* celebrari cæperunt.

Lerna: Sophiano *Phonea*, Nigro *Petrina*, ad quam palus, & fluuius, immo & fons *Amymonius*, & *Amymon*, *Hydræ* fabulis inclytus: à multis in *Laconia* ponitur. *Midea* *μίδα* *Homero*, antea *Persepolis* dicta *Stephano*.

THYREA, de quâ tot controuersia inter *Lacedæmonios*, & *Argiuos*, ideòque *Thucydides* ait eam agrum vtumque determinare: *inercidit*.

FLV. { INACHVS Fl. hodie *Planiza*, primùm dictus *Carmanor*, postea *Haliacmon*: denique *Inachus* à tribus viris qui in eum se præcipitauerunt; de iis

DE VERA GRÆCIA,

Plutarchus de Fluminibus legatur.

VII

Stymphalus Fl. qui posteaquam cuniculo haustus est, rediens dicitur Erasinus: hodie *Erasino*.Tamis Fl. limes Argolidis, & Laconia; nunc *Tami*.

§. 3. Laconia.

IN SINU ARGOLICO.

Prasia, & Prasfa, & Brasfas Pausania: *Cyparissi* Nardo, *Tyros* Nigro; antea *Oniatæ*: sed cum eiccti essent à Cadmo Bacchus, & Semele inclusi in arcâ, *ἄπο τῆ βεβραίας* dicta est.

Cyphanta portus Ptole. & Plinio: Sophiano *Stilo* Nigro *le Botte*, seu *porto delle Botte*, Pineto *Ciutra*.

Zarex, seu Zarax à Zarace heroë Atheniensi, vel Lacedæmonio: hodie *Care* Nigro; libera ciuitas erat, & à Cleonymo euerfa est.

EPIDAVRVS LIMERA, Græcis *λιμειροί*, & *λιμειροί*, sæpe cum Argolicâ confusa: hodie *Maluasia*. Dicta fuit & Epidauria ait Strabo: Limeræ autem quia *λεμῶνας ἔχει prata habet*, Pratensis Latine dicenda esset.

ORA MARITIMA

IN SINU

MALEA, Promontorium nautis terribile; hodie *Cabo Malio* Sophiano est: Bridebachius, ait à nautis Christianis dici *S. Michaelis alas*, in nouâ tabulâ dicitur *Capo Malea di Sant-Angelo*: scribit Strabo hunc sinum vocari à Piratis Aureum. Malè à Tzetze cum Onugnato confunditur.

Bœa ab vno Heraclidarum sic dicta, ex ruinis multarum urbium condita, vbi multa templa: *perit*.

Onugnatos, hoc est Maxila Asini, Prom. fuit & vrbs, in eâque templum Palladi conditum ab Agamemnone sine tecto, & simulachro, de quo Pausanias: *Xili* Nigro.

Cyparissia in peninsulâ situm oppidū Straboni: *nulla est*. ASOPVS: *Rampano*, Nigro vna ex 17. ciuitatibus liberis Laconum apud Pausaniam. In eâ Romanorum Regum delubrum, & Gymnasium, vbi ossa gigantis.

Acria, & Acria vna *ἑλευθερολακῶνας*, vbi vetustissimum tem-

templum Matris Deorum. Patria fuit Nicoclis Olympionicæ, qui hîc sepultus est: *interdicit.*

HELOS, vnde Helotæ Lacedæmoniorum serui, quorum ebrietate docebant filios suos sobrietatem; Dorion, & Pteleon Stephano; Oluris & Olura Straboni: *perit.*

Trinassus vrbs, vel potiùs propugnaculum ex tribus paruis Insulis, quæ littori obiacent, sic Pausanias.

Gythium, seu Gytheon: *Palaepoli* Nigro; vnde sinus Gytheatus Plinio, portus Laconicæ tutissimus, vbi incensæ Lacedæmoniorum naues à Tolmide Atheniensi, inde certissimus in Cretam traiectus est Plinio: incolæ Gytheates dicuntur. Ab eâ non procul videtur lapis cui insists Orestes sanatus est, ideóque hunc vocant *lapidem Iouem.*

Las, Laas, Lan, & Laan: *Vashi* hodie Nigro; euerfa est à Castore & Polluce ideo dicti Lanpersæ. Quidam conditam volunt ab Heroë, quem Achilles, aut Patroclus ceciderunt.

Teuthrona: *Scopia*, Nigro; vbi Ifforia Diana colebatur, à Teuthrante Atheniensi condita.

Cœne, vel Cæne, & Cænopolis, aliter Tænarium Pausanias, sed Ptolemæus eas distinguit: hodie Nigro *Cameres*, melius *Cænopoli*; hîc ædes Cereris, & templum Veneris nobile.

Tænaria, & Tænarium Promontorium: hodie in Tabulis dicitur *le Cap de Matapan*, ab aliis recentibus *le Cap des Caillès*, à Coturnicum illic copiâ: in nouâ Tabulâ *Cap Matapa*, & *Cauo di Mars*. Celebratur à marmore hîc effosso, & subuectione Arionis per Delphinum.

Hippolæ, & Hippola, vrbs diruta tempore Pausanias, dicta Tænari Fenestræ, seu Ianuæ, *θυεϊδες*.

Oerylus, & Bityla, & Tylus Straboni, sic dicta à filio Amphitryonis: hodie Moletio *Brodegni*, Sophiano *Vuilo*.

LEVCTRA, & Leuctrum, hodie Nigro *Maina*, vnde

Parall. Geogr. Tom. II.

H h

L A G O N I C O .
L A G O N I E .

I N S I N V M E S S E N I A .

DE VERA GRÆCIA,

CO.

les Maniotes, vrbs libera, colonia Bœotiorum. De hac vrbe disputauere semper Messenij, & Lacedæmonij; hanc controuerfiam apud Pausaniam leges.

CIS EVROTAM.

SPARTA, seu Lacedæmon: hodie *Mufibra*; dicta Sparta, vel à Sparto heroë, vel quia sparfi Leleges hîc habitauere: postea Lacedæmon, vel ab Heroë, vel à forte Heraclidarum cùm Peloponnesum occupassent, vnde & dictos Lacones putat Apollorus. In eâ Acropolis edito in colle, in qua Mineruæ templum: vrbs sine muris, sed Spartani muri erât viui, atque spirantes. AMYCLÆ: hodie *Vordonia* Nigro, vrbs celeberrima ob Castorem & Pollucē; dicta olim Limnæ. Cyphanta. orum, *Eriches* Nigro, vrbs Mediterranea sex stadiis à Zarace distita, Pausaniæ: hîc templum erat Æsculapij nobile.

VRBES CONTINENTIS.

TRANS EVROTAM.

Belbina, cuius meminit Plutarchus in Parallellis. THYRIVM, hodie *Burdugna* Nigro, dicta etiam Thuræa, & Thyræa, olim in edito loco sita, postea in planitiem translata ad Fl. Arim. Hinc oriundus erat Archias, qui Demosthenem ad voluntariam necem compulit. Subditi sunt Thuriij ab Augusto Lacedæmoniis, quòd ab Antonio stetissent.

Therapne, aliis Theramnæ, quam alij Spartam esse dixerunt. Ab hac Therapnæi olores Veneti facri: *quid sit hodie ignoratur.*

Cardamyle: hodie *Sapico*, quam Agamemnon in dotem Iphigeniæ Achilli pollicebatur: Strabo hanc mari admouet, Ptolemæus remouet.

GERENIA: *Pasava* Nigro, *Sidariso* Castaldo, veriùs *Geremen*; Gerania Plinij est, Enope ab Homero dicta vt vult Pausanias; dicitur & Gerenium, atque Messeniæ tribuitur. In eâ nutriebatur Nestor, cùm Pylus ab Hercule capta est, vnde Gerenius appellatus est. In eâ fuit sepulchrum Machaonis ad quod multi sanabantur morbi.

CONTINENS

LA
CO
NI
Æ.

FLV-
VIVS

EVROTAS : hodie *Basilipotamo* Sophiano, indigenis si Nigro fides *Iris*. Oritur non procul ab Alpheo in vico *Asca* iuxta *Megalopolim*, vbi duo fontes, vtriusque fluuij capita. Dicitur est & *Hymerus*, & *Marathon*, & *Ægylodes*, & *Neris*. Olim confusus erat oleis. & ad eum preciosissima marmora effodiebantur.

MON
TES.

TAYGETA, & *Taygetus* masc. & fœm. generis, & *Taygeton*, in cuius summo vertice locus *Teleton* dicitur, vbi equus *Soli*, more *Persico* immolabatur. Vocatus fuit, & *Amycleus*, abundabat feris, ideóque venationi *Spartanorum* iuuenum opportunus; item & cotibus quibus post *Creticas* *Plinius* secundas tribuit: *les M. M. de Maniottes, ou Mainottes.*

CHRONIVS : hodie *Greuenes* Nigro, olim *Cturius* dicitur; sed cum in eo *Saturnus*, *Iouem* fugiens, latuisset, nomen mutauit: de eo multa *Pausanias*. Tempore *Gemisti* *Tzaconias* dicebatur.

ZAREX, à *Cyphante* ad *Epidaurum* extenditur; tempore *Gemisti* *Zaroca* dicebatur: hodie *Cara* Nigro est.

§. 4. De *Messenia*.

ORA

VR
BES
IN

MESSENE : hodie *Messeniga* Nardo, *Martagia* Castaldo; vrbs olim euerfa, & postea in ruinis post *Leuâtricam* pugnam ab *Epaminondâ*, & *Thebanis* reparata; vbi & populi multi *Græciæ* suis diis sacrificarunt. Hic cultus inter *Heroas* *Aristomenes*, cuius cor villosum erat. Ante eam tres *Insulæ* dictæ *Oenusæ*.

Abea, seu *Abæ* : hodie *Calamata* Sophiano, prima vrbs *Messeniaci* agri egredientibus ex *Laconiâ*; populi *Abæatæ*: olim vrbs dicta *Ire*, *Pausaniæ*.

CORONE : hodie *Coron* malè *Nisi* vt vult *Niger*; sita sub *Thematiâ* monte; colonia *Thebanorum*, vbi *Iupiter* & *Apollo* omnium morborum *Auerrunci* colebantur.

ASINE : *Phaneromini* Soph. Nigro *Anchor*, cui præten-

Hhh ij

DE VERA GRÆCIA,

duntur tres Insulæ Thyrides dictæ Eius vrbis incolæ ad Parnassum montem profecti Dryopes appellati, quod nomen reuerſi in Peloponneſum diu retinuerunt.

METHONÆ: hodie *Madon*, omnium iudicio; apud Homerum Pedafus dicta, & fortè Æpeas vt ait Strabo, vna ex vrribus Achillis ab Agamemnone oblatis in dotem filiz.

PYLVS: hodie *Nauarino*; Meſſeniaca cognominata, cui prætenduntur tres Sphagiz Insulæ: celebris bello Pelopõneſiaco deditio 300. Laconum. Tres autem fuere Pyli ſub Neleo Neſtoris patre, vt habet Pindari Scholiaſtes, de duabus poſtea: tertiam, de quâ hic agitur, conditam putant à Neleo, vnde & Neleia dicta eſt: Neſtor autem dictus eſt, vel à Triphyliaçâ, vel à tribus quæ ſibi eum arrogarunt. Thucyd. lib. 4. ait hanc Pylum à Lacedæmoniis dictam eſſe Coryphaſium: in eâ certè fuit templum Mineruz Coryphaſiz, & domus Neſtoris in quâ ad viuum expreſſus erat. Apud Ptol. Latinum dicitur Abarmus, pro quo legendum Abarinus, vt colligitur ex Gemiſto.

CYPARISSÆ, vel Cypariſſia, vnde ſinus Cypariſſæus Plinio: hodie *Arcadia*; quam Strabo ait adiacere Triphyliaçâ mari: à cupreſſis nomen habere videtur. Sub vrbe fons Dionyſias, Bacchi Thyſo elicitus.

PRO-MON-TORIA { ACRITAS, Promontorium quæ vox *Extremum* fonat: hodie *Capo di Gallo*, in quo terminatur Meſſeniacus ſinus.
CORYPHASIVM: hodie *Capo Zunchi*, vt ait Dom. Niger. Eius meminit Pauſanias.

ITHOME: hodie *Grebegin Nigro*; ſub monte MINTHE collocata; ſic dicta ab Ithomâ nutrice Iouis. In eâ Iupiter Ithomates colebatur; celebratur decennali obſidione Lacedæmoniorum, de quâ Thucyd. lib. 1.

Pheræ: Sophiano *Cheramidi*, ad radices montis Tayge-

MARITIMA MESSENIÆ.
ORA MESSENIÆ.
CONTI-

V R.

NENS MESSENIÆ.

RES. }
 THVRÆ, & Thirra, & Thyrea: Nigro hodie *Calamata*; Messeniæ vrbs Plinio, quæ postea Locus vrbs dicta fuit apud Solinum. Hanc scribit Pausanias ab Homero vocari Antheam, Hermolaus Epeas mauult. Andania, vnde tota regio Andania dicta est. Electra ad Fluum cognominem Pausaniæ.

MONS. }
 MINTHE: hodie *Oloro* Nigro, cui Ithoma infidebat vt præmonuimus; alij tamen Pylo admovent, scilicet à sinu Messeniaco ad Cyparissium procurrebat: sic dictus à pellice Plutonis mutatâ in mentam hortulanam. Hic erat nemus sacrum Plutoni. Apud Ptole. dicitur Μινών. Appellabatur quoque Scorton & Euan, Pausaniæ, à Bacchantium vociferationibus.

FLV VII. }
 PAMISSVS Fl. Plinio & Straboni: hodie *Stromio* Nigro in Tabulis recentibus *Pinnaza*. Dicebatur Fluuiorum qui intra Isthmum sunt maximus, licet non nisi centum à fonte stadiis decurreret. Videtur quoque dici apud Strabonem Mamatis, & Arcadiacus. Electra, urbem cognominem alluit. Neda Fl. ex monte Lyceo ortus: hodie *Longavola*, ad quam vicus *Nidina*, veteris nominis seruat vestigia; limes erat inter Messenios, & Eleos: Nedas Strabonis est. Malè in recentibus Tabulis in Boream promouetur. Huic pueri Phialenses comas suas confecerant.

§. 5. De Elide.

ORA }
 VR- }
 CYLLENE: *Antrauida* Nigro est, Sophiano *Chiarenza*; vnde sinus apud Plinium nomen habet; Elidis vrbs Nauale, portus peropportunos soluentibus è Siciliâ. Celebris est apud Melam ob genitum hic Mercurium, quem tamen alij tribuunt Monti Arcadiæ Cyllenio. Phea, *φεία* Homero, *φεία* Thucydidi, cuius & memi-



DE VERA GRÆCIA,

MARTIMA
ELIDIS.

RES.

nit lib. 2. & 6. nomen hodie seruat *Phea*.
 Pitane cuius meminere Strabo, & Pindarus, à quibus
 describitur ad mare: *peritit*.
 Leprion, & Lepreon: hodie *Chaiapa* Nigro; à qui-
 busdam Arcadiæ tribuitur, iis scilicet qui Arcadiam
 ad mare promouent.

PRO-
MON-
TO-
RIA.

CHELONITES: hodie *Cabo Tornese* Sophiano,
 Theueto corruptè *Cabo Torice*, ab indigenis
Chlumutzi, vt ait idem Sophianus: inde finui
 nomen. Videtur quoque à Plerhone dici Ili-
 acus, vt non malè suspicatur Ortelius.
 Ichthus: hodie *Iardan* si prædicto Theueto fides:
 circa hæc loca videtur quoque Ichthyos portus
 Xenophon meminisse.

CONTINENS

VRBES IN CONTINENTE
ELIDIS.

OLYMPIA: hodie *Langanico* vt vult Castaldus, vt Ni-
 ger *Stauris*; olim dicta *Pisa*, deinde *Arpina* ab Ono-
 mai matre. Strabo hanc urbem collocat inter montes
 Olympum, & Oflam cognomines Thessalicis, atque
 in regione Pisæorum. In eâ lucus ex oleastris, vnde
 coronabantur victores. De Iouis templo, statuâ, cer-
 taminibus, eorûmque iudicibus Hellanodicis, con-
 sulte Paufaniam.

ELIS: hodie *Beluedere* Pineto, Nigro *Ialea*: Triphyl-
 lia Stephano, & Molpidis petra Lycophroni, cuius
 rationem vide apud Tzetzem; vbi delubrum Iouis
 Olympij: munita est tantum muris metu Persarum.
 Postea tamen sine muris ex iuramento Ætolorum
 tuta: nemini enim armato per hanc urbem, & regio-
 nem transire licebat. De eius Foro, & Gymnasio lege
 Paufaniam.

Eupagium, cuius meminit Diodorus lib. 14.

SALMONE, vrbs Pisatidis, Rege suo Fulminastro cele-
 bris, vbi fons cognominis apud Strabonem, ex quo
 Enipeus Fl. oritur.

PYLVS ELIACA: hodie *Pilos* ad Peneum Fl. pro quo
 Scholiastes Pindari Alpheum scribit.

PYLVS NESTORIS cognominata: à multis creditur ho-

die dici *Arcadia*, aliter *Triphyllicos* dicitur, & *Triphyllica*; ex Fluvio item quo alluitur *Amathois*.

MONS } *ERIMANTHVS*: hodie *Dimixana* ad urbem cognominem, celeberrimus Apro *Erymanthio*, quem *Hercules* confecit.

ELIDIS.

FLUVII.

ALPHEVS: hodie *Rophea* *Sophiano*, nautis *Italis Carbon*, ab indigenis *Orphea*, ut ait *Dom. Mar. Niger*: olim *Stymphelus*, & *Nyctimus*: *Alpheum* dictum putat *Strabo*, quòd vitiligines, & impetiginem fanet; certè *Melampus Procli filias* in eo à maniâ purgavit. Quomodo autem in *Arethufam Siciliæ* confluat, dicemus in *Admirandis*.

Enipeus cadit in *Alpheum*; aliter *Enipheus*, & *Barnichius* *Strabonis* tempore dicebatur.

Peneus Πηνειος: hodie *Igliaco Nigro*, ad quem *Pylus Eliaca*.

§. 6. De *Arcadiâ*.

MEGALOPOLIS, & *Megalepolis*: hodie *Leontari* *Sophiano*, *Nigro Londario*: huius dimidia pars *Orestias* dicebatur, unde incolæ dicti *Orestij*, & *Megalopolitæ*. Eius quoque pars tempore *Pausaniæ* *Thisboa* nuncupabatur. Hanc amplificavit *Epaminondas*, missis vndeque colonis, ex quo nomen ei inditum suspicatur *Gerbelius*. Hinc oriundus *Polybius* historicus.

MANTINEA: hodie *Goriza* *Nigro*, *Mundi Nardo*, ex quinque populis facta ciuitas muroque latericio cinctâ ab *Argiuis*. Agis immisso in hunc murum fluvio labem fecit, urbemque cepit. Sub Regibus *Macedoniæ* dicta est *Antigonia* ab *Antigono* curatore *Philippi*, patris *Persei*; postea iubente *Hadriano* Imperatore nomen antiquum ei restitutum est. *Plinius* tamen *Antigoniam*, & *Mantineam* duas vrbes distinguit. Clara est morte, & victoriâ *Epaminondæ* contra *Lacedæmonios*, depugnantis.

Palantium, siue *Palas à Phialo Heroë* conditum oppidulum, aut potius vicus: nam *Pausanias* ait ab *Antonino* Im-

VRBES

peratore, ex vico factam esse urbem: *defecit omnino.*

MÆNALVS: ciuitas ad Mænaliū montem, de quo postea.

TEGEA, hodie *Muchli*, incolæ Tegeates, vbi templum Minervæ Alex, commune supplicum Asylum totius Græciæ, in quod confugit Pausanias Lacedæmonius, ab Aleo conditum. Hic quoque theatrum ex marmore à Perseo Macedonum Rege excitatum, in quo conuentus Achæorum celebrabantur.

ORCHOMENON, insula cognominata apud Halicarnasseum lib. I. quod sita sit in paludibus, vnde Orchomeni) populi, quos putat Pausanias ab Homero vocari Polymelos.

Clitor & Clitorium: hodie *Gardichi* Nigro; ætate Strabonis iam interciderat; vndique collibus circumuallata fuit, & ad fluuium cognominem sita.

Nonacris vrbs, & regio Vitruuio, ex cuius montibus Styx aqua frigidissima defluebat: mons ille Nonagrinus dicitur (melius Nonacrinus) apud Lutatium Placidum i. Metamorphoseon.

Pfophis: hodie *Dimizana* Nigro; in Azaniâ regione Arcadiæ munitissima ad Fluuium Erymantum, qui eam à tribus partibus defendit; Arcem habuit, sed hanc diruit Philippus; prius Phegia dicebatur, & antea etiam Erymanthus. Hinc oriundus Aglaüs ille in omni vitâ suâ felix, de quo Pausanias.

Heræa: *Heroe*, ad dextram Alpei ripam, cuius agri dirimuntur à Megalopolitanis Buphago Fl. in hac vrbe Pannos fanum nobile. Apud Plutarchum in Agesilao malè tribuitur agro Corinthiaco.

STYMPHALVS: *Vulsi* Pineto, Nigro *Longamico*; ad lacum & fluuium cognominem sita. Fit eius mentio in vitâ Iphicratis; vetus diruta est, & eius loco noua substituta, ex qua Hadrianus Imperator Corinthum aquas deduxit.

Phialia: hodie *Dania* Nigro; aliter Phigalia dicta Stephano ad Fl. *Nedam*: de eius Templis vide Pausaniam. Huius vrbs pueri, Nedæ Fl. comas suas consecrabant.

MON- CYLLENE: hodie *Cyllene*; Cyllenius Melæ, quem Gemistus cum Stymphalo videretur confundere: Pausanias

T E S } nias hunc regionis illius altissimum putat.
PHOLOE : *Xiria*, hodie Nigro; Centaurorum sedes, vbi
 optimè prouenit herba Centaurea.
A R - } **STYMPHALVS** : *Poglisi* Nigro; Herculeo labore notissi-
 mus, ad quem & palus cognominis in quâ delitescer-
 bant Stymphalides aues : ait Gemistus Zeiriam quo-
 que, Stempylum, & Cyllenem nominari.
C A - } **PARTHENIVS**, cuius meminere omnes penè veteres,
 vbi Parthenij saltus quorum meminit Maro in Buc-
 licis.
D I Æ. } **LYCÆVS**, quem aliqui Olympum vocant, Arcades au-
 tem montem sacrum : hodie *Muena* ; in eo Iouem
 enutritum ferunt, eratque hîc ara Lycæi Iouis. Pars
 eius ex quâ Fl. Neda existit, Cerauius dicitur apud
 Pausaniam.

FLVII ARCADIÆ

IN AL- PHEVM C A - D E N - T E S	OLBIUS , ab Arcadibus AROANIUS dictus in- quit Pausanias in quem cadunt.	ERYMANTHVS Psophida al- luens, admodū violentus. CLITORIUS de quo in Ad- mirandis dicemus.	
			LADON , in agro Clitoriorum existens, ait Pausa- nias, eiusque aqua cæteris aquis Græciæ præ- cellit. Ogygium vocat Dionysius, Acidonem Strabo, vt putat Niger, sed eâ de re valde du- bito.
			STYX ex Nonacridere regione defluens cadit in Cli- torium fluuium: de eius fontis aquâ in Admira- dis egregia notabimus.

§. 7. De sinibus Peloponnesi.

**SINVS CORIN-
THIACVS**, } Aliter *Crissæus*, & *Cyrrhæus*, vt in Pho-
le Golphe de Lepante, ali- } cide diximus: *Alcyonium Mare* Stra-
 ter, *le Golphe de Patras*. } boni, sinus *Delphicus* Scylaci nomi-
 natur.

**SINVS SARO-
NICVS**, } Ita dictus est vel ab vrbe Sarone (Eustathius flu-
 uium vocat Troezenis) vel *Σαρόνιο ὄρεϊ* seu *verre-*
re; quia Scylla patris proditrix in hoc mare proie-
 Parath. Geogr. Tom. I I. } Iii

*le Golphe
d'Engia, in
nouâ Ta-
bulâ ῥοφος
ἐλι-ῥία.*

ἄτα à Minoë, hoc verrere visa est: vel vt ait Plinius, quod Querno nemore hic sinus redimitus esset; at veteri linguâ *Saron* quercum significabat. Dicitus fuit & MEGARICVS, & ELEVSINIVS. Hermionicum etiam dici voluit quidam apud Strabonem lib. 8. sed Hermionicus videtur esse distinguendus à Saronico, & Argolico, vt putat Ortelius; aut fortè meo iudicio est pars Argolici.

SINVS AR-
GOLICVS,
*le Golphe de
Napli, ou Na-
poli.*

Sic dicitus est ab vrbe Argos, aut meliùs ab Argolide regione: huius partem esse credimus Hermionicum sinum, quia Argolicus videtur duobus Promontoriis Scylleo, & Maleâ terminari.

LACONICVS SINVS
le Golphe de Colochina.

A Laconiâ regione nomen habet, & definitur Promontoriis Maleâ, & Tænario.

SINVS MESSE-
NIACVS,
le Golphe de Coron.

A Messeniâ regione; aliter ASINÆVS, Straboni ab vrbe Asine. Restrigitur Promontorio, & Acritâ.

CYPARIS-
SIVS
SINVS.

Inter Promontoria Ichthum, & Coryphasium: iam nullus est; mare scilicet huic parti labem attulit.


CHELONI-
TES SINVS,
*le Golphe de
l'Arcadia.*

Apud Strabonē videtur appellari TRIPHYLIACVM MARE, ait enim Alpheum Fl. cadere in hoc mare, qui recipitur sinu Chelonite: certè Pylum Nestoris dictam esse Triphylliacam in Elide ostendimus.

CAPVT NONVM.

De Insulis Græcia.

CVM Græcia duplici mari eluatur Ionio & Ægæo, duobus paragraphis de omnibus Insulis agemus, quæ per hæc duo maria sparsæ sunt.



linius,
 s esset,
 t. Di-
 Her-
 Stra-
 Te dif-
 putat
 golic.
 Argo-
 s Her-
 duo-
 termi-
 ber, &
 cã, &
 Stra-
 Prom.
 afium:
 abem
 YLIA-
 dere in
 cer-
 acam
 nobus
 duo

§. I. De Insulis Ionij Maris.

NUMERVS I. De maioribus Insulis in Mari Ionio.

- CORCYRA *Isle de Corfou.*
- VR- { CORCYRA: *Corfou*, in Chersoneso condita à Cherfo-
 BES { crate ex genere Bacchiadarum, eiectis ex eâ Col-
 CHIS, qui cum Medeâ & Iasone eò venerant.
 PRUCHIA: hodie *Paiopoli*, pro *Paleopoli*, vnde vinum
 apud Athenæum *Ppsychium*, pro *Psychium* appellatur.
 CASSIOPE: *S. Marie de Cassiopo*; vbi Iouis eximium
 templum, ei opposita vrbs erat Buthrotum Epiri.
- FLV- { Argeus: hodie *S. Barbaræ*; ex huius Fluuij filiâ Her-
 VIVS { cules suscepit Hyllum in fabulis celeberrimum.
- PRO- { Lecymna: *Capo Lascano* hodie, cui ager circumpo-
 MON- { situs retinet vetus nomen, *Lecymne*.
 TORIA { Phalacrium: *Porto Sidari*.
- CEPHALENIA *Cephalogna.*
- VR- { CEPHALENIA: *Cephalogna*, cuius incolæ olim Ta-
 BES { phios & Teleboas dictos esse suspicor; nisi malueris
 incolas omnium harum Insularum sic dictos esse.
 SAME, & Samos, seu Samæa Thucydidi, qui Insu-
 lam separatam facere videtur, & incolæ eius Sa-
 mæos vocat: hodie *Porto Guiscardo* Nigro.
 Pala: *Palachi*, cuius mentio apud Thucydidem.
- PRO- { BOREALE: *la pointe de Guiscardo*, malè *Viscar-*
 MON- { *do*.
 TORIA { AVSTRALE: *la pointe de S. François*.
- MONS { ÆNVS, seu Ænes, vt ait interpres Apollonij, in
 quo Ænefij Iouis templum: *Eno*.
- Porro Cephelenia vocata fuit olim Samos, Teleboa, Melæ-
 na, & Tapfus: nec defuere qui eam cum Dulichio con-
 funderent, vt Stephanus, qui Strabonem videtur secu-
 tus; certè in hâc Insulâ locus dicitur etiamnum Duli-
 chiorum. Dicta autem fuit Cephalonia à Cephalo comi-
 te Amphitryonis qui has Insulas inuasit, & occupauit.
- Z A- { VR- { ZACYNTHVS: *Zante*, vrbs Insulæ cognominis, sic
 dicta à Dardani filio Zacyntho.

CYN- }
 THVS } BES } Pſophis Zacynthi Acropolis, dicta à Pſophi comite Zacynthi: *eius etiam ruina diſparuere.*
 } Arcadia cuius meminit Diodorus: videtur eſſe ciuitas maritima, huius mentio apud Stephanum in voce Arcas: *perit.*
 Zante. } MONS } Elatus cuius meminit vnus Plinius.

NVM 2. *Minores Inſule Maris Ionij.*

SASO, ſeu }
 Saffo, & } Piratarum ſtatione nota, vt ait Plinius, quam Polybius collocat in ingreſſu ſinus Ionij. A Lucano improprie dicitur *Calaber*: melius *vadis humilis* canitur.
 Safon,
 Saſena.

PAXVS }
 DVPLEX, } ERICVSA, ſiue Paxus: hodie *Pachſu.*
 les 2. *Pachſu.* } Paxus altera, paulo minor Ericuſa: hodie *Anti-Pachſu.*

LEVCAS, }
 ſeu LEV- } LEVCAS: *Saincte Maure*; ſic dicta à Leucadio Icaripenelopeſ filio. Colonia fuit Corinthiorum, qui à continente Peninſulam illam abſciderunt; ſed poſtea ventis iterum iuncta, & ſæpius ab incolis reſciſſa. Hic quoque Leucas Petra candida, ex quâ desperati amantes ſe præcipitabant; vnde & quotannis in ſacris Apollinis mittebatur damnatus, cui volucres multæ alligabantur.

l'Iſle de Sic Maure.

Neritum, ſeu Neritos: locus hodie *Nerico*, corruptè pro *Nerito*. Ex eâ olim translati ſunt incolæ in vr-
 bem Leucadem, primo Corinthiorum aduentu.

ECHI- }
 NADES } Aliter *Echidne* Senecæ, *Echine* Stephano, *Strophades* Apollodoro, ad Acheloï fluminis oſtium, quarum remotiſſima diſtat ab eo 15. ſtadiis, proxima 5. Earum nonnullæ limo Acheloï continenti iunctæ erant, vt vult Herodotus. Pausanias nullas omnino eſſe putat. Dictæ ſunt vel ab Echione quodam, vel quòd Echinis abundant, vel Echinorum inſtar rigent. Inter eas quidam inter veteres nominant Dulichium, Arremiam, Thoanta, Taphum, in quibus Epæi, Taphj, Teleboæ apud Homerum celeberrimi vixiſſe perhibentur.

les Iſles de Cozulari.

ASTERIA
Hefychio
Piries,
hodie
*Didasca-
lio.*

{ Inter Cephalemiam, & Ithacam Straboni, Didymo
verò inter Ithacam, & Samen: Asteris ab Home-
ro dicitur, & habuisse portus multarum nauium
capaces, qui tamen nulli erant tempore Strabonis.
Apollodorus in eâ oppidum Alalcomenas locat
(Steph. Alcomenas vocat) quod Plutarchus in
Ithacam reiecit.

ITHACA,
Dion. Afro
NERICIA.
hodie
*Valle di
Compare.*

{ Ulyssis patria decantatissima apud Græcos, ita dicta
à Pterelæ filio Ithaco, qui cum fratre Nerito reli-
ctâ Cephalemiam hanc occupauit; vnde hic monti
in Ithacâ, ille Insulæ nomen dedit. Ex eâ quidam
Homerum oriundum volunt. Hic portus Phor-
cyna dictus, Insula & vrbs Ithaca Straboni; vtrum
& dicta sit Alalcomenæ, non faciliè pronounciari
potest.

DYLICHIVM, aliter PALEIS
Homero, DOLICHA Stra-
boni, OXIÆ Stephano: Pli-
nius tamen Oxias à Duli-
chio distinguit: hodie
Dulichio.

{ Didymus vnam Insulam Echina-
dum vocat, Homerus ab iis dis-
tinguit. Quidam cõfudere cum
Cephalemiam, quidam etiam cum
Zacyntho. Incolæ eius fuere
Epæi, Dulichienfes cognomi-
nati. Hinc oriundus Irus ille
Homericus.

STRO-
PHA-
DES:
hodie
Strinali.

{ Ita dictæ quod Calais, & Zetha dum persequuntur
Harpyias eò vsque progressi, cursum suum conuer-
terunt. Inde Harpyiis hæ Insulæ addictæ sunt. Cypa-
rissiorum Insulæ duæ dicuntur à Strabone, antea Plo-
tæ. Quomodo autem Echinades dictæ sint Strophas-
des, suprà innuimus.

SPHACTE-
RIA, seu
SPHAGIA:
hodie
Sapienza.

{ Ex aduerso Messeniaci Pyli describitur accuratè à
Pausaniâ lib. 4. Insula erat deserta, & vlginosa,
& rerum omnium egena, sed memorabilis obsi-
dione 300. Lacedæmoniorum, & deditioe, qui
Athenas abducti locum parcemiam, de Pallidis, &
Macilentis dedere.

PROTE, { Quam vicinam Strophadibus facit Stephanus: malè

Prodeno, Nigro } hanc cum Sphagiâ confundit Niger, nam à
Prudo. } Ptolemæo manifestè distinguitur.

TIGANVSA, } Et Theganusa dicta, quam malè Plinius in
Caprea Cotouico, } sinu Laconico collocat, peiùs Stephanus
Caurea Nigro. } facit vicinam Chio.

OENVSÆ } Tres Insulæ apud Plinium ante Messenam collocã-
Venetico, & } tur: hodie tantùm duæ restant diuerso situ, nam
Coagulo. } propiùs accedunt ad Acritam Promontorium.

§. 2. *Insula Maris Ægæi.*

EAS vt præcedentes distinguiamus in maiores, & minores: ma-
 iorum tantùm tres percurremus Creram, Eubceam, Lemnum;
 alias quinque item maiores Lesbum, Chium, Samum, Carpa-
 thum & Rhodum in Asiam reiiciemus. Ex minoribus eas tantùm
 producemus, quarum nomina ignorare nefas.

NUM. I. *Maiores Insula Maris Ægæi.*

C R E T A I N S V L A	V R-	}	GNOSSVS: hodie <i>Cynosa</i> , vt ait Erythræus, Minois regia, olim Ceratus à fluuio eam alluente, quem credit Ortelius apud Diodorum vocari Theren: Niger hodie nihil eius præter nomen mansisse au- tumat.
	B E S		
	IN	}	GORTYNA: hodie <i>Gurtina</i> Sophiano, <i>Metaria</i> Bel- lonio, aliter dicta Gortys, & Gortyn, item & La- rissa, & Cremnia apud Stephanum; eius incolas Cartemnidenfes dicit appellari Phauorinus. Sira erat vrbs illa ad Fl. Lethæum, seu Lethen.
	CON-		
	T I-	}	LABYRINTHVS Cretæ, famosissimum Dædali opus, & Minotauri sedes. Eius vestigia visuntur non pro- cul à radicibus montis <i>Pfiloriti</i> .
	NEN-		
	T E.	}	LICTUS, seu Lyttus Homero vt vult Strabo: <i>Paleo- castro</i> .
	V R-		
B E S	}	CYDONIA, seu Cydon, & Cydonis: hodie <i>Canea</i> , no- bis <i>la Canée</i> , omnium iudicio; malè Sophianus no- men nouum scribit <i>Chania</i> : antiquissimis tempo-	

DE VERA GRÆCIA,

- ribus dicta est Apollonia.
- MA- Rhitymna : hodie nomen antiquum leuiter inflexum seruat *Rhetymo*.
- RI- Lissus & Lessus : hodie *Phionissa* Nigro.
- TI- Cyteum : Bellonio *Cytie*, Sophiano *Phrascia* est, Nigro malè putat esse *Canea*, la *Canée*.
- MÆ. Minoa portus : Sophiano *Altemura*, Nigro *Paleocastro*, diuersum à præcedenti.
- Matium : creditur vulgò esse *Candia* ; sic Pinetus. Camara, Lato quoque dicta : hodie *Camera*.
- PRO- Ciamum, seu Cimarum : *Cabo Spada* Sophiano.
- MON- Arietis Frons, seu Crio-Metopon ; priùs *Ermico* dictum, deinde *Cabo Leone* Pineto, Nigro *S. Ianni*.
- TORIA Samonium, & Salmonidis Dioni, & Salmone in Actis Apost. hodie *Cabo Salmone*.
- MON- IDA : hodie *Pfloriti*, olim etiam *Idæus*, & Chryso-
- TES. mallus, vt vult Epitomistes Strabonis, Iouis incunabulis clarus. Ad eius radices *Ægiochos* locus educationis eius, à caprà sic dictus.
- Dictæus : *Sethie*, & *Lasthi* Bellonio, malè *Labyrintho* apud Sophianum ; Dictæ Strabonis est, Dictinnæus Solino & Plinio
- Leuci : hodie *Madara*, quibusdam rectiùs *de Sfachi*, quos incolunt *Sfachioræ*, de quibus lib. sequenti.
- FLV- Pycnus : hodie *Cladilio*.
- VII. Lethæus, seu Lethes Gortynam alluens : hodie *Naporal*.
- Helestræ, Potereus Vitruuio vt ait Nigro : hodie *Lino*.
- MINORES CLAVDOS, seu Clauda, & Gaudus, in quâ maximi Onagri nascuntur : hodie *Gozo* multi perperam credunt ; in nouâ Tabulâ *ἰόνου* dicitur.
- INSVLÆ Dia, Strab. & Ptol. fortè *Cia* Plinij : hodie *Stancia* Sophiano, à Græcis *θία*.
- AD CRE- Letoa in Libyco mari : hodie *Christiano*, Sophiano.
- TAM. Leu-

Iste de Candie.

Leuce & Budore Insule Plinio : hodie de Turlluru.

V R B E S
 E V B O E Æ
 F V B O E A
 I N S V L A

CHALCIS: *Negrepont*, Eubœæ metropolis, sita vbi angustissimus est Euripus; ab Atheniensibus condita ante tempora Troiana, sæpe ab iisdem reparata, multarum coloniarum mater. Supra eam Lelantus campus in quo olim depugnatum acerrimè, vulgò *la Plaine de Negrepont*.

ERETRIA duplex, Vetus, & Noua: Vetus dicta Melaneis, & Arotria, vt ait Stephanus; hæc euerfa est à Persis, teste Herodoto lib. 6. & iterum capta à T. Quintio: Noua hodie nomen retinet *Eretria*, vetus paulò versus Orientem vergebat ad mare.

Petalia cuius meminit vnus Strabo.

Cerinthus: hodie *Ellopiæ*, sita non longè à Budoro; Eustathius putat & dictam Ellopiam, & ad Telethrium montem collocatur à Strabone.

Carystus: hodie *Carysto*, de quâ in Admirandis.

Gerestus: *Geresto*, vbi Gerestia sacra celebrabantur in honorem Neptuni.

AMARYNTHVS à Venatore Dianæ sic dicta, vnde & Diana Amarynthia, & Amarusia dicta; ibi eius sacra celebrabantur.

PRO-
MON-
TO-
RIA } CAPHAREVS in mare Myrtoum procurrens *καρυ-
πέυς* Stephano, Zarax Lycophroni vt putat Tzet-
zes à quo, & *Ζυλοφάρος* appellatur: hodie Sophiano *Chinu*, Nigro *Figera*.

Leon Ptol. Straboni Leuce Acte: Soph. *Cabo Mantello*.

MON-
TES } Ocha insolite magnitudinis Straboni, vnde nomen aliquando Eubœæ; Plinius urbem esse dixit.

Telethrius Oechalix mons in Eubœa, cuius meminere Strabo, Plinius, Theophrastus.

CAPHAREVS Græcorum clade nobilitatus quantum
Parall. Geogr. Tom. II. Kkk

DE VERA GRÆCIA,

do in eius vertice Nauplius ignes excitavit, ut Græcorum naues impingerent in saxa quibus prætectus est. Promontorium pars est eius mōtis.

FLV- } Budorus: *Budoro*, cuius meminere Strabo, & Plinius.

VII } Nileus Straboni, Neleus Antigono, qui videtur à Plinio dici Melas; in quo errorem Plinio affingit Ortelius.

Ile de Negrepont.

EV- } Cognomento Chalcidicus, vel Euboicus, & aliquando antonomasticos Euripus, alterno cursu septies de die, septies de nocte refluxus immodicè Pomponio Melæ. Liuius tamen septies recurrere negat, & totam huius refluxus causam in ventos reiicit. Tam breui tractu distat à Bœotiâ

RI- } (inquit Procopius) ut vnus ligni iniectioe traici queat: olim Chalcidenses & Bœotij eum aggere comportato iungere, ut sibi auxilio esse possent; Philippus ponte eum stravit, quem superiori sæculo reparavit Turca cùm Negropontem expugnasset.

PVS } Iustinus Martyr tradit Aristotelem se in eum proiecisse, sed Suidas apud Chalcidem veneno, Laërtius morbo tradit periisse: hodie dicitur *le destroi de Negrepont*.

LEM-
NOS
INSV-
LA,

Opposita monti Atho, Vulcano sacra, quia hîc primùm ignis repertus est, primùm arma fabricata. Hîc quoque Labyrinthus vnus ex 4. Dicta est Dipolis à duabus vrbibus, & Hypsipylæa, à filia Thoantis quæ seruauit patrem.

hodie

VR- } MYRINA: hodie *Lemno* Bellonio, in cuius forum Mons Athos vmbra suas ei aculabatur, cùm ab eâ abesset sex, & octoginta passuum millibus.

Stalimene.

BES } HEPHESTIAS: hodie *Cochino*; Vulcano sacra.

MONS } Masichlon, cuius meminit Hesychius: hodie *monse di Nettuno*.

N V M. 2. *Minores Insule Maris Ægæi.*

C Y- Cycladum nomen à diuersis extenditur, aut cōtrahitur; certe posterioribus temporibus Rhodus Cycladibus annumeratur: at hîc Plinium ducem sequimur, qui accuratiùs de his Insulis egit. Olim hominibus vacuæ erant, sed in eas cultores immisit Minos, teste Diodoro. Dicuntur autem Cyclades, quia in circulum dispositæ sunt, & circa Delum choream agitare videtur.

CLA- DELOS, hodie *Sdille*, seu *Stile* dicta & olim *Ortygia Cynthos*, Cynthos, Anaphe, Asteria, &c. reuulsa creditur à Sicilia diu fluctuasse. Totius Græciæ, immo totius orbis emporium erat, ærarium item Græcorum, Deorum patria, ideóque à Persis intacta, primùm illustrata à Sole post diluuium Deucalionis, atque inde dicta Delos: nefas erat in hâc Insulâ, aut canem alere, aut mortuum sepelire.

DES Delos postea nouæ Athenæ Hadriannæ; hodie *Sdilles*.

IN- Apollinis Fanum. Mons Cynthus unde Apollo Cynthius.

SV Inopus Fluuiolus, de quo in Admirandis.

L Æ, Rhenia & Rhene: hodie Burdonio quia coniuncta est cum Delo vno nomine cum illâ *Sdilles*, Sophiano verò nomine proprio *Pherment*; olim Artemite, & Celadusa dicta, quatuor tantùm stadiis à Delo discreta, in quâ Deliensium cadauera sepeliebantur. Capta est à Polycrate Samio, & catenâ alligata Delo, atque Apollini consecrata. Nicias autem vtramque Insulam ponte coniunxit.

hodie *Isole del Archipelago Castaldo,*

ANDROS: *Andro*; dicta & *Caurus*, & *Antandrus*, & variis item nominibus quæ ex Thesauro Ortelij repetes; prima Cycladum Plinio. De eius fonte in Admirandis.

TINOS: *Tina*, nobis *Tine*; dicta & *Hydrussa* ab Aristotele ob aquarum inopiam; item ab aliis *Ophiusa* à serpentum multitudine.

Kkk ij

- MYCONOS, & Micone: *Micole*, cui alligatam Delum fuisse Poëtæ fabulantur, vt & iacere sub eâ nouissimos Gigantum ab Hercule cæsos. Mycones incolas omnes fuisse caluos testatur Athenæus, vt & Parasitos.
- Quinquaginta numero
- SIPHNVS: *Siphano*; quondam *Acis*, & *Meropia* Plinio, *Merope* Stephano.
- Isidoro:
- CIA: *Zia*, seu *Zea*, dicta & *Hydrusa*: ab Eubœâ reuulsam ferunt. Malè recentior quidam eius incolis tribuit quæ dixit Heraclides de Cois.
- SERIPHVS: *Serphone* Soph. *Serphena* Nigro; ad quam inuenta à piscatoribus arca, quæ Danaen & Perseum continebat, vnde postea omnes Seriphij mutati in lapides: origo fabulæ, quia Seriphus est admodum lapidosa.
- SPORADES dictæ apud Suidam.
- SYROS: *Syro*, Syria Homero, vt annotarunt Strabo & Stephanus, à quo describitur supra Ortygiam, hoc est Delum, infra dicere debuit.
- OLIAROS, & Olearos: *Quiniminio*.
- PAROS: *Pario*, seu *Paro*; dicta & *Pactya*, *Minoïa*, *Demetrias*, *Zacynthos* &c. apud Ortelium. Celebratur à marmore in quo nulla vena alterius coloris, dictum & *Lychnites*, quia ad lucem lampadum cædebatur.
- NAXVS: *Nicsia*; dicta est *Strongyle*, *Dia*, *Dionysa* *Callipolis*, & *SICILIA* Minor Plinio; item & *Veneris* Insula. Hinc marmor olim eruebatur serpentinum dictum, seu *Ophites* Plinio, viride, sed maculis liuidis aspersum.
- SPORADES, *Calydnæ* Homero, quas *Suidas* ait esse duodecim, & à quibusdam appellari *Cycladas*. Harum celeberrimæ *Icaros*, *Ios*, *Gyaros*, *Donyfa*, *Patmos*, *Melos*, *Thera*, &c. } de iis in Asia ex Plinio dicemus.
- THRA-
- CICÆ
- THASVS: *Taso*; dicta & *Thassus*, olim *Æria*, & *Æthria* Plinio, *Ogygia* *Dionysio* Afro, *Eustathio* etiam *Chrysa*, *Ptolemæo* *Thalassia*: celebratur apud Plinium à fodinis, tempore *Philippi* & *Alexandri*, magnum prouētum reddentibus Regi *Macedoniæ*; & à marmore; item à vino, de quo in *Mirabilibus*.

- I N- SAMOS, & Samothracia: hodie *Samandrachi*; item olim Samothrace dicta, & Dardania, vt Plinius, & Eustathius, antea Melita vt vult Strabo, item Leucasia, & Leucania, quòd albescat, vt ait Heraclides in Politiis; insuper & Thracia à Thracibus incolis; quibus cum superuenissent Samij Ionici vocata est Samothracia; dicta est quoque Electria à Flacco & Apollonio; & hinc Corybantes sacra Cybeles celebrarunt: denique Saüs, vt vult Scholiastes Nicandri.
- S V- I M B R O S: *Lembro* Soph. non procul à Samo, 72. mill. pass. ambitus iuxta Plinium, lege 27. numeris permutatis. Stephanus ait fuisse consecratam Cabiris Diis Thracum, atque Mercurio.
- LÆ. S C Y R O S: *Scyro*, vbi regnauit Lycomedes, atque etiam Achilles nutritus est, ideòque hic dicitur à Lycophrone, *Draco Scyrius*: sterilis erat & saxosa, vt ait Suidas. Ex eâ præcipitatus Theseus, ibique sepultus, & eius ossa postmodum à Cimone hinc translata cum prius inde Piratas Dolopas abegisset; eius Insulæ Garum & Lac laudantur apud Athenæum.
- MA- S C O P E L O S: hodie *scopulo* Sophiano.
- C E- A L O N E S V S, & A L L O N E S U S: *Pelagnasi*, seu *Limene Pelagisi*; de quâ disceptauerunt diu Athenienses, & Philippus.
- D O- S C Y A T H O S: *Sciato*; ab Apollonio *Εἰγαλίη* dicta, celebris ob Mugiles delicatissimos. Vrbs eius diruta est à Philippo, ne præda Romanis esset, vt ait Liuius.
- N I- P E P A R E T H O S: *Lemene* Nigro, *Saraqino* Castaldo, *Opula* Beniamino. Meliùs in Tabulis nauticis *Piperi*. Malè inter Cycladas recensetur à Stephano, & interprete Sophoclis. Vinum hinc vilissimum creuisse innuit Athenæus.
- CÆ I N- C I C Y N E T H O S: *Pontico*; cum vrbe cognomine in sinu Pelagico Straboni.
- I N- S A L A M I S: *Coluri*, cum vrbe cognomine; dicta olim & Scyras, & Cychria, & Ophis, & Pityusa: Patria fuit Aiacis, Telamonis, & Teucris, atque celebris victoriâ nauali quam de Persis Themistocles retulit.
- S V- T I-

CÆ } ÆGINA, hodie *Engia*, & *Legina*, in nouâ Tabulâ *Εγνα* vul-
 gò *Lalona*; sic dicta ab *Asopi* filiâ quam Iupiter vitiauit,
 antea *Oenone*, & *Myrmidonia* à Myrmidonibus de quibus
 IN- } Græcorum legibus utebatur. Hanc malè Stephanus Cy-
 SV- } *HELENA*: *Macroniso*; quondam Cranaë, postea mutauit
 LÆ. } Veneri Migonitidi, & Gratiis posuisset. Malè à Plinio
 Sporadibus annumeratur.

PE- } CYTHERA: *Cerigo*; in plurali neutro, & singulari fœmini-
 LO- } no, cum vrbe cognomine, cuius nauale Scandia dici-
 PÖ- } tur. Antea dicebatur *Porphyris* à purpurarum hîc lu-
 NE- } culentâ capturâ. Ad hanc primùm appulisse Venerem
 SIA- } aiunt fabulæ cùm ex mari nata esset, vnde dicta *Cythe-*
 CÆ } *rea*, quæ hîc colebatur armata in templo, sub nomine
 IN- } *Vranix*. In hac primùm Paridem vitiasse Helenam
 SV- } quidam tradunt. Vide *Heraclidem* de *Cytheriorum*
 LÆ. } moribus. *Cytheræ* adiacet versus *Cretam Ægialia*,
 nunc *Cicerigo*, seu *Cicerigou*, à Græcis *Δίξς*.
 CALAVRIA, hodie *Sidra* Sophiano, meliùs *Ϊδρα Hydra*
 in nouâ Tabulâ. Insula 30. stadiorum, quatuor tantùm
 stadiis à continente discreta; dicta à Calauo Neptunî
 filio, cùm priùs *Εἰρήνη* nominaretur, item *Anthedonia*
 & *Anthus*. Habuit Neptuni templum & asylum in
 quod fugit *Demosthenes*, & venenum hausit.
 Sphæria: *Sphæria*, tam vicina continenti ad urbem *Troe-*
 zenam in *Argiâ*, vt ad eam pedibus transfiretur. In eâ
 Sphæri aurigæ *Pelopis* monumentum. Postea dicta est
 Insula sacra, quòd in eius templo *Virgines Træzenix*,
 zonas suas *Minerux Apaturix* consecrarent in templo
 ab *Æthrâ* hîc constructo.

CAPVT X.

Græcia antiqua Sacra, seu Ecclesiastica.

	A	THENÆ: <i>Setines.</i>
		Patræ: <i>Patras.</i>
ARCHI-		Argos: <i>Argo.</i>
		Lacedæmon: <i>Musihra.</i>
E P I S-		Megalopolis: <i>Leondari.</i>
		Corone: <i>Coron.</i>
COPVS		Helice: <i>Niora</i> , vt vult Molanus.
		Tegea: <i>Muchli.</i>
		Messene: <i>Moscniga.</i>
CORIN-		Naupaëtus: <i>Lepanto.</i>
		Oreum: <i>l'Orio.</i>
THIA-		Porthmus: <i>Porthmo.</i>
		Carystus: <i>Carysto.</i>
C V S		Marathon: <i>Marathona</i> , seu <i>Marafona.</i>
		Megara: <i>Magra.</i>
<i>de Coranto,</i>		Thebæ: <i>Stiues.</i>
		Plateæ: <i>vrbs omnino euauuit.</i>
<i>aliter</i>		Opus: <i>Destructa est.</i>
		Thespiæ: <i>Tespe.</i>
Achaia		Tanagra: <i>Anatoria.</i>
		Elatea, seu Elatia; <i>concidit.</i>
Archi-		Chalcis: <i>Negrepont.</i>
episcopus.		Caria, seu Corissia, & Carfia: <i>intercidit.</i>
		Strategis: cuius Epif, meminit Nicænum Concilium,
		Colonia Thebaidis dicitur in inscript. Goltzij
		Secorus: <i>ubi fuerit ignoratur.</i>
ARCH.		Gnossus: <i>Ginosa.</i>
		Hierapetra: <i>Gierapetra.</i>
G O R-		Lappa: <i>Lappa.</i>
TYNEN-		Subrita: <i>Sa. dioia.</i>
SIS, seu		Eleutheræ, seu Eleutherna: <i>periiit.</i>
C R E-		Cherronesus: <i>Chironiso.</i>
TENSIS,		Cidonia: <i>la Canée.</i>

de Gurtina,
ou de Can-
dic.

Sifamus: *Chisamopoli*, vel *Chisamo*.
Cytæum, aliter Siteum: *Sitia*.
Cantanum: *ubi fuerit ignoratur*.

A R C H.

Philippi: *Philippopoli*.
Berrhœa: *Boer Turcicè*, indigenis *Veria*.
Dium: *Stadia*.

T H E S-
S A L O-
N I C Æ,

Stobi: *Starachino*.
Paræcopolis, aliter Partecopolis: *perit*.
Deborus, vel Doberus: *Dibry*.
Cassandria: *Cassandria*.

de Saloni-
chi, nobis
de Thessalo-
nique,

Neapolis: *Christopoli*.
Torone: *Castel-Kampo*, vel *Agiomana*.
Lete: *Letta*, seu *Lita*.
Heradea: *Xenosua*.

aliter

Derris, aliter Serre: *Serre*.
Topiris, olim & Doberias in Thraciâ: hodie *Fusio*
Soph. *Rusio* Lydo - Ioanni.

M A C E-
D O N I Æ.

Thasus Insula: *Taso*.
Hephæstia: *Cochino* in Insulâ Lemno.

A R C H.
L A R I S-
S Æ,

Demetrius: *Dimitriada*.
Echinus: *Scarphia*.

de Larizzo,
aliter
Thessaliæ.

Cypera: *Cypara*.
Lamia: *Lamina*.
Tricæ: *Triccala*.
Metropolis: *ubi hæc fuerit nescitur*, ob multas vrbes
vicinas cognomines.
Thebæ Phthioticæ: *Zitaa*.

A R C H.

Onchesmus, aliter Anciasmus: *la Quaranta*.
Phœnice: *perit*.

N I C O-
P O L I.
T A N V S

Dodone: *eius etiam ruina disparuerunt*.
Hadrianopolis: *aliqui confundunt cum Phœnice proba-*
Butrotum: *Butrinso*. [*bilius*.

de Preuxa,
ou de Preui-
se, aliter
Epiri vete-
ris.

Euria: *San-Donato*.
Photica: *eius meminit Phocius, & Diadochum ait*
eius vrbis Episcopum fuisse.
Corcyra Insula: *Corfon*.
Cephalenia Insula: *Cefalogna*.

A R-

- ARCHIEP. Scampis, & Scampe: *Scampi.*
- DYRRACHINVS, de Durazzo, ou de Duras, aliter Epiri nouæ. Apollonia, aliter Apollonias: *Palpolina Italis, Turcis Piergi.*
Aulon: *la Valone.*
Amantia: *Porto Raguseo.*
Lychnidium, aliter Lychnidus: *Guistandel.*
Bullis, seu Bullidum: *situs eius ignoratur in præsentia.*
- ARCHIEP. Callipolis: *Gallipoli, Turcis Gebbole.*
Panium: *Phanorion.*
Cælos in Chersoneso: *destructa est.*
- HERAGLEENSIS d' Heraclee, aliter Europæ in Thraciâ. Cyla, confunditur aliquando cum superiore, melius diuiditur: *concidit cum eadem.*
Aphrodisia, ad Melam Fl. statuitur à Ptolemæo: *disparuit.*
Theodosiopolis: *hodie Esâron Gillio.*
Drusipara: *Misni.*
Lysimachia: *Hexamili.*
Byzia: *Vize.*
Selimbria: *Selieurea Soph. Molano Selombria.*
Arcadiopolis, aliter Bergulium & Bergula: *Bergas.*
- ARCH. PHILIPPOLIS, de Philippopoli, Turcis Philiba, aliter Thraciæ. Diocletianopolis: *ubi fuerit sita ignoratur.*
Diospolis: *huius quoque situs ignoratur.*
Nicopolis: *Boulgrad.*
- ARCH. HADRIANOPOLIS, d' Andrinople, ou d' Endrem, aliter Hæmi-Montis. Mesembria: *Mesember.*
Sofopolis: *ubi steterit nescitur.*
Plotinopolis: *Ploudin.*
Deueltus, seu Zagoria: *Deuelto.*
Anchialus: *Anchialo, seu Kenkis.*
- ARCHIEPISC. TRAIANOPOLEOS, de Traianopoli, aliter Rhodopes. Maximianopolis: *Maximinopoli.*
Abdera: *Polystilo.*
Maronea, postea Clazomenæ: *perit.*
Ænus: *Enio, seu Eno.*
Cypfela: *Ipsala, vel Capsilar.*

LIBER IV.

De Gracia secundum recentiores.

AVC A admodum certa de his regionibus habemus, tum quia Turcæ nihil de suis rebus scribunt, & magna olim gerere potiùs, quàm scribere voluerunt; tum quia verentur ne Imperij sui notitia Christianos ad novas expeditiones accendat. Aliqua hinc ex Leunclavio, & Relationibus aliquot decerpta proponemus, sed maximè ex recenti tabulâ Insularum, quæ ad nos missa est.


CAPVT I.

Historica Gracia recentis in genere.§. I. *Nomen.*

ROMANIA dicitur à Turcis, quasi *Romania*, vel potiùs RVM-VI-LAGET, vnde Turcæ qui loquuntur elegantius hanc RVMILER, vel RVMILAR appellant, vulgus detortâ voce VRAMILAR. Non negamus tamen Romanix nomen olim etiam Natolix conuenisse, vnde in historiâ Turcicâ antiquâ dicitur Aladinus multas prouincias in Romaniam occupasse. Scimus etiam nomen Romanix strictius sumi pro Thraciâ & Argolide, quæ duæ prouinciæ Romanix nuncupantur; de Thraciâ liquet; de Argolide istud euincit, quod Nauplia, vulgè *Napli* corruptè *Napoli*, dicitur cum addito, *de Romanic*. In titulis Imperatoris Turcici Gracia cum Hungariæ regno dici videntur vno nomine EVROPA INFERIOR, itémque Imperium Orientale, seu Nouæ Romæ, ex quo Ottomanis Constantinopoli, & Græciâ potiti, urbem illam Imperij sui sedem constituere.

§. 2. *Quantitas Noua Gracia.*

NON hinc consideramus ditionem Turcicam, sed Græciam tan-



mus,
agna
tum
dno
cla-
ximè

-VI-
VMI-
LAR.
con-
ultas
ania
ncit,
to, de
garia
nque
Con-
dem

tan-

tum, & quatenus monte *de Costegnatz*, seu *Hæmo* à Septentrione restringitur.

LATITUDO eius ducitur ab urbis *Varnæ* territorio sub 45. gradu ad Promontorium *Tænarium*, vulgò *Metapan*, aut *des Cailles*, sub gradu 35. igitur continet 600. millia passuum Geometricorum, seu leucas nostrates 300. Germanicas 150.

LONGITUDO desumitur ab urbe *Dulcinio Dulcigno* in limite *Albaniz* ad *Castella Freti Constantinopolitani*, vulgò *les Chasteaux*, quæ distantia 9. gradus reddit in magno circulo, ideóque continet 540. millia passuum, leucas Francicas 270. Germanicas 135.

§. 3. *Qualitas nouæ Græciæ.*

OLIM regio cultissima erat, & fertilissima, nunc penè deserta, colonis ferè vbique deficientibus; quare ante aliquot annos 30. millibus *Calabrorum* in *Albaniâ* agri gratis assignati sunt ab *Ottomano*. Huius vastitatis ratio est quòd *Turcæ* *Græcos* diuites non patiantur esse, sed eos fictis criminibus, si vera desint bonis spolient: quamquam miseri hi homunciones, dominos illos acerbissimos *Latinis* anteferant, ex innato vtriusque imperij odio. Postea de singulis regionibus aliqua magis singularia dicemus.

§. 4. *Mores hodierni Græcorum.*

DOMINORVM suorum magna ex parte induère mores: qui *Turcæ* seruiunt, à *Turcis* nihil differunt; qui *Venetis*, *Venetorum* ferè more viuunt. Antiquam maiorum consuetudinem in hac parte retinuerunt: libentissimè pergræcantur, atque epulis indulgent, & vino. Zelotypiâ ardentissimâ laborant, neque vxores suas facillè, aut à quouis videri sinunt. Magnificè vestiti incedunt fluente *Togâ*, cui pallium superinducunt, vestem vocant, *une veste*. Comam ab occipitio nutriunt, in anteriori parte rescindunt: linguam suam multis vocibus *Arabicis*, *Turcicis*, *Slauicis*, *Latinis*, *Italis*, immo & *Francicis* admixtam habent. Quare obseruat *Crusius* in suâ *Turcogræciâ* supra septuaginta hoc tempore huius numerari dialectos: *Thessalonicenses* cæteris puriùs loquuntur. Annum suum à *Septembri* auspiciantur, seu ab *Æquinoctio Autum-*

nali, ob Indictionem Constantini, cuius initium cecidit in 23. Septembris. Numerant annos suos ab ortu mundi non à Christo nato, & anno mundi 5508. Christum ortum esse arbitrantur, itaque hunc annum Christi 1647. numerant annum mundi 7155. Si nuptias cum Turcâ contrahant perpetuò excommunicantur; si cum Latino, ad tempus aliquod duntaxat. In funebribus pompis falgamata, & vinum offeruntur adstantibus; fœminæ sibi vellunt capillos, ora lacerant, multis cum singultibus vlulantes. Viduæ toto anno carent publico, & neque vestem, neque indusium mutant. Armis ferè Græci carent, & tantùm mechanicas artes exercent, aut navigationibus vacant, in quibus peritissimi iudicantur.

§. 5. De Religione Græcorum.

RITV à Latinis differunt, secundùm quem administrant legitime omnia quæ ad Dei cultum, & Sacramenta pertinent: in pane fermentato consecrant, & calidam infundunt Calici, in memoriam calentis sanguinis Christi. Laïci sub vtrâque specie communicant. Sacerdotes seruant vxores suas, & iis vtuntur ad prolem; repudiatâ vxore iustâ de causa Laïci alteram superinducunt: tertiæ nuptiæ, seu *τρίγαμος* grauissimis pœnis prohibetur. Comam alunt Sacerdotes, & barbam: ita muniunt se signo Crucis, vt manum à dextra parte promoueant ad sinistram, contrario Latinis more; aliqui & in dextrâ, aut sinistrâ hærent, neque Crucem absoluunt, vt innuant Spiritum Sanctum à Patre solo procedere. Die Mercurij, & Veneris abstinent carne, piscibus, & butyro; sed panem, herbis, & oleo tantùm vtuntur. Calogeri etiam his diebus oleum non gustant: quadruplicem seruant Quadragesimam, *primam* à Sexagesima ad Pascha quam Magnam vocant; *secundam* S. Petri, & Pauli, ab octauâ Pentecostes ad festum eorum Sanctorum; *Tertiam*, B. Virginis ab initio Augusti ad Assumptionem; *Quartam* S. Philippi, à festo eius Sancti qui incidit in 14. Nouembris ad Natalitia Christi. Calogeri, seu Monachi magnæ hinc venerationis, ex his tantùm Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos eligunt. Homines hi duriter viuunt, & labore manuum, ignari magnâ ex parte, sed subdoli, & vafri: seniores patres, iuniores filios appellant; pauci inter eos Sacerdotes. De aliis eorum ritibus legantur Crusius in Turco-Græciâ, Cotouicus, & alij.

§. 6. De Politiâ hodiernâ Græcorum.

PARENT Turcæ, & à Saniacis Ottomanicis reguntur. Imperatori tributum quotannis in singula capita pensitant, & præterea liberos (quos Tributi vocant:) seliguntur autem robustissimi, & in præsentia omnes plerumque à parentibus offeruntur, vno tantùm reseruato: ex iis fiunt Genessari *les Janissaires*, militiæ Turcicæ robur. Ab hoc tamen liberorum tributo eximuntur Nauplienses, *ceux de Napli en Romaine*, Rhodij, Constantinopolitani, Bulgari, Hungari. Superant Græci multitudine Turcas, sed nullius animi sunt; permixti Græcis Albani paratiores sunt ad rebellionem; sed malè hætenus consilia sua texerunt, vt innuunt in Moreâ enatæ factiones, quibus sibi, & aliis Græcis perniciem sæpe accersunt.

CAPVT II.

De Turco-Graciâ, seu Imperio Turcico.

§. 1. Quomodo Imperium Turcicum in Græciam peruasit.

CALLIPOLIS, seu Gallipolis Thraciæ occupata primùm est ab Ottomanis Duce Amurato, seu Morato, quem Froissardus corruptissimè vocat *Laboragin*. Euocati tum fuere Turcæ à rebellibus Orientalis Imperij, & vsque adèd capti sunt regionis vbertate, & amœnitate, vt Imperatorem suum propè compulerint cum copiis in Græciam traicere; quod & præstitit traductis ex Asiâ in Europam 60. millibus armatorum ope Genuensium, qui in magnam rei Christianæ perniciem luem istam in Thraciam transfuxere. Amuratus ex Callipoli, Thraciam vniuersam depopulatus, Hadrianopolim, & Philippopolim cepit, & latè Imperium suum in Europam promouit. Successit ei filius Baiazetes cognomento *Gilderun* hoc est Ceraunus, qui patris victorias extendisset deuictis ad Nicopolim Christianis, nisi Tamerlanes Tartarus hoc fulmen extinxisset: quo tempore res Mahumetanorum se habuerunt pessimè; donec Mahumetus reparatis Turcicis copiis sedem Imperij ex vrbe Prusiâ, *Bursia*, Hadrianopolim trāspor-

cauit, & Christianos cum Imperatore Sigismundo deuicit. Eius filius Amurates Thraciam excursionibus bis depopulatus est, Venetis Theſſalonicam eripuit; in Legato deuictus à Christianis, mox eos grandi clade ad Varnam attriuit, & ſibi Bulgariam, & Albaniam ferè totas aſſeruit, vnà cum Moreæ parte maximâ. Sed Scanderbegus Epirota Albaniam recepit, & fortiter tutatus eſt; Veneti eius filio Mahumeto I I. Moream eripuerunt, & magnis ſumptibus, & labore Hexamilum munierunt, ſed inde flagitioſè deiecti ſunt, Mahumetus maioribus animis Eubœam, Lemnum, Leucadem occupauit, Boſſenam item, at demum Conſtantinopolim ipſam: in Tauricâ Chersoneso Caffam Genuenſibus eripuit. Baiagethes II. Moldauix, ſeu Multauix partem obtinuit, Dyrrachium Carlouiciis eripuit, Naupaſtum Chriſtianis ademit, cum Methone, & Corone *Modon*, & *Coron*. Selimus Baiagethi ſecundi filius res ſuas potiùs in Aſiâ quàm in Europâ promouit. Eius filius Solymanus, Belgradam cepit, magnam Hungariæ & Slauix partem inuaſit; in Multauix ditionem ſuam promouit, ſed à Viennâ repulſus eſt; Rhodum ad ditionem compulſit, à Melitâ in ſuis Legatis repulſus eſt. Illius filius Selimus ſecundus Cyprum ſceptro ſuo adiecit per Legatos ſuos; expelli tamen potuiſſet ex Europâ ſi Chriſtiani victores ad Echinadas, vel Naupaſtum vti victoriâ ſuâ nouiſſent. Sub Amurathe III. & Mahumete item tertio, & Acmete, in Hungariâ ancipiti Marte plerumque decertatum eſt; ex quo Turcæ res ſuas parum, aut nihil promouerunt in Europam bellis Perſicis diſtenti, aut otio torpeſcentes. Tamen hac ætate noſtrâ reſumunt animos, Cretam magnâ ex parte ceperunt, & vniuerſis Inſulis potentur niſi Chriſtiani compoſitis litibus arma ſua in hoſtem communem conuertant.

§. 2. *De aliquot Imperij Turcici Magistraribus.*

N V M. 1. *De Beglierbego, Begleerby.*

NOMEN hoc erat in vſu antequam Monarchia Turcica coaleſceret, ſiquidem eius meminit Cedrenus, & hanc explicat ἀρχοντες ἀρχόντων *Domini Dominorum*, quia non tantùm gregariis militibus, ſed etiam præfectis imperabant. Prætor Græciæ ſæpe citatus à Leunclauio, ait Beglierbegum reſpondere Stratopedar-

cho, quem Germani *Generalem Campi*, nos dicimus *Mareschal de Camp*. Habent autem Beglierbegi vexilla sua sub quibus cogunt Saniacos suos; & posterius instituti habent breues admodum ditiones suas, vt eas diligentia & fortitudine sua extendere queant, quod si fecerint ad maiores dignitates cum multis laudibus promouentur.

NVM. 2. *De Saniaco.*

SANIACVS, vulgò *Sangiâc*, voce dissyllaba, vt vult Leunclavius, aliter *Sanzac*, nomen habet à vexillo militari Turcico, quod Græci Flambarum, vel Flambulum appellant. Est autem globus æreus deauratus in summo hastili defixus, circumplexis, & dependentibus vndique caudis equinis. Super hunc globum sæpe lunæ cornua imponuntur. Præfectis autem prouinciarum, seu Prætoribus eiusmodi vexilla præferuntur cum magno strepitu tympanorum in expeditionibus, ideoque dicti Sangiacbegi, à Græcis Flambutes: *hac ex Leunclauio.*

NVM. 3. *De Præfecto Insularum.*

PRÆFECTVS Insularum dicitur *Beglierbeg Denizi*, aliter *le Capitan Bassa*, magistratus à magno Solymano inuectus est, cum antea hoc munere fungeretur Saniacus Callipolitanus *le Sangiâc de Gallipoli*. Ille autem Ægæo mari, & Ionio præest, vno nomine Ottomanis, *les Mers Blanches*: respondet huic Magistratui qui apud Græcos dicebatur *πρωτοβέτης τῆς δωδεκανήσου*, cuius meminit Cedrenus. Præest autem hic Prætor Lemno, Eubœæ, Naxo, Paro, Melo, Zacyntho, Leucadi, Cephalonîæ, Lesbo, Chio, Samo, & Rhodo, Insulis 12. ad quas minores reuocantur; Cyprus & Creta, quia magnarum regionum instar, suos Prætores habebant. Nunc autem huic Præfecto parent non tantum Insulæ, sed & vrbes aliquot maritimæ, ad res nauticas peropportunæ, scilicet Callipolis, *Gallipoli*, Nicomedia, *Comidie* Nauplia, *Napli de Romanie*, Caualla Macedonia, *Naupactus* *Lepante*, & Alexandria Ægypti.

CAP.

CAPVT III.

Descriptio Historica Græciæ recentioris in particulari.§. I. *De Romaniâ.*NVM. 1. *Nomen Romaniae.*

DICITVR antonomasticos Romania, aliter Rumelia, quia in eâ Constantinopolis sita est, quæ & Noua Roma dicta est. Cætera petes ex §. 1. cap. 1. huius libri.

NVM. 2. *Quantitas Romaniae.*

Longitudo eius desumitur ab vrbe Cauallâ in limite Macedonico, ad Castella supra Constantinopolim, quæ distantia dat 4. gradus maioris circuli hoc est 240. mil. pass. Geometricorum, leucas Francicas 120. Germanicas 60.

Latitudo autem à Pro. Mastysîâ, vulgò *Cabo Grega* in Chersoneso, ad ostia fluuij *Panyzo*, infra Varnam, quæ est omnino eadem cum longitudine.

NVM. 3. *Qualitas Romaniae.*

REGIO temperata fatis, purissimi aëris circa Hadrianopolim; Constantinopoli propter vicinum mare & venti, & frigora, & calores alternis sæuiunt; pestique admodum obnoxia est: vrbi circumposita regio feracissima est, sed sterilis ex negligentia Turcarum, quoniam mari facile subuehuntur omnia ad vitam, & delicias necessaria. Pascua item lætissima sunt, ora autem ad cò piscosa vt Bosphorus Thracius, ideò Vere aureus, Autumno argenteus dicatur.

NVM. 4. *Politia Romaniae.*

PENDET ex Beglierbego Rumeliæ, sed quia Constantinopoli residet Imperator, parùm isthic iuris habet. Negotia omnia in vrbe per quatuor Iudices expediuntur, & curantur diligentissimè; per alium Hadrianopoli ius redditur. Multi equites sparsi sunt per Thraciam, vt ab Imperatore exercitus facile, & citò co-

Parall. Geogr. Tom. 11.

M m m

gi possit. Turcæ ubique otiosi, nam agriculturam relinquunt indigenis Christianis, mercaturam Iudæis, & Italis.

§. 2. De Macedonia.

N V M. 1. Nomen.

IN Historiis recentioribus, & Relationibus, atque Hodæporiis maxima pars Macedonia, & Thessaliæ vno nomine MACEDONIA nominatur, licet reuera ab indigenis secernatur, in hæc nomina *Tamboli*, *Macedonia*, *Comenolirari*, *Ianna*, quæ tibi in Geographi-
câ descriptione proponentur.

N V M. 2. Quantitas Macedoniae.

Latitudo à montis *Karoptniza*, seu Orbeli vertice, ad intimum finum Malliacum, vulgò *del Zito*, 4. gradus totos reddit, ac proinde 240. millia passuum, leucas nostrates 120. Germanicas 60.

Longitudo ab extremo Promontorio *Montis Sancti*, ad montes Albaniam dirimentes extenditur, quæ reuocata ad maiorem circulum dat quoque 4. gradus, ac proinde longitudinem omnino similem latitudini facit.

N V M. 3. Qualitas Macedoniae.

REGIO tota frumento abundat, & quibusdam in locis vite, & oleâ: innumeræ hîc quoque feræ, & armenta pulcherrima. In fodinis Siderocapsinis aurum eruitur & plurimum, & purissimum ad Sultanos percutiendos, vulgò *des Squins*.

N V M. 4. Politia.

SANIACVS Thessalonicae, maximæ est, & præcipuæ in hoc tractu auctoritatis, & 400. equites alit: indigenæ tantum non mancipia, miseram Turcis seruiunt seruitutem. Sed mercatores humaniter accipiuntur, spe lucri. Vrbs Thessalonica vendita fuerat Venetis ab Andronico Palæologo, quibus erepta est ab Amuratho II.

§. 3. *De Liudiâ.*NUMERVS I. *Nomen.*

HELLADEM antiquam vno nomine vocari Liudiam vulgus Geographorum ait, hocque nomen putat ab vrbe Libadiâ, vel Lebadea recepisse. Nilominus à peritioribus inuenimus singula nomina assignata fuisse singulis regionibus; hocque nomen singulare esse, non commune.

NUM. 2. *Quantitas Liudiæ.*

Longitudo eius ducitur à sinu *de Larta* seu Ambracio ad Promont. Columnarum 4. graduum cum $\frac{1}{2}$ maioris circuli, hoc est 270. mil. pas. Geom. leucarum Fran. 135. Germanicarum 67 $\frac{1}{2}$.

Latitudo desumitur ab Hexamilo ad sinum *del Ziton*, duorum tantum graduum, ideoque 120. mil. pas. leucarum Franc. 60. German. 30.

NUM. 3. *Qualitas Liudiæ.*

VBIQUE feracissima est, sed maximè ad mare, & in Ducatu Atheniensi, qui oleis totus confitus est, vnde oleum Constantino-polim defertur, vulgò nunc à Græcis dictum *Ladiphi*. Herbis quoque odoriferis regio aspersa est, ideo hinc ferarum, & ouium bouumque carnes exquisiti sunt saporis. At pauci hinc cultores, vel Turcarum mancipia, vel præda piratarum.

NUM. 4. *Politia Liudiæ.*

REGIO ista sub Mahumeto II. anno Christi 1455. Turcis cecidit, quando Athenæ occupatæ, & huius vrbis Duces eiecti sunt. Pendet ex Saniaco Negropontino, seu Eubœensi: Turcæ in munitioribus locis degunt, Græci in agris, & vicis; nusquam alibi plures in Græciâ Sacerdotes. Hinc defauire solent in agris grassatores, in orâ maritimâ Piratæ, itaque hinc nihil tutum ab hostibus exteris, vel domesticis: quare solo cultura non respondet.

§. 4. De Moreâ, seu Peloponneso.

NVM. 1. Nomen Moreæ.

Mopézi à Græcis appellatur, *Morea* à Latinis, in genere masculino vt obseruauit Leunclauius. Hoc nomen accepit à Moris arboribus, quæ hîc frequentissimæ visuntur. Tzaconia autem, & Romania à quibusdam toti huic regioni concessa, nomina sunt Prouinciarum, & hoc etiam vniuersæ Græciæ vt præmonuimus.

NVM. 2. Quantitas Moreæ.

Latitudo eius ab Hexamilo ad Tænarium Pro. *le Cap. Cailles ou Metapan*, est 2. graduum cum dimidio, ideo 150. mil. pass. leuc. Franc. 75. Germ. 37. cum dimidia.

Longitudo à Pro. Torneseo *Cap. Tornese*, ad Pro. Scylleum *Cabo Schillo* 3. graduum maioris circuli, ideo 180. mil. pas. leucarum Franc. 90. German. 45.

NVM. 3. Qualitas Moreæ.

FERTILIS est, & amœna, nisi in medio vbi montibus tumet: & sicet vbique colles assurgant, vallibus tamen pensatur editior ille situs. Vnde quaque alluitur mari, quod ad Malea Pro. *Cabo Malio* in primis vorticofum est, ventis atrocissimis obnoxium, qui sæpe mutantur derepente non sine nauarum periculo. Tzaconia est paulò sterilior, sed quia incolæ liberi, & expertes Ottomanicæ seruitutis, nihil hîc ad victum deest; reliqua enim quibus carent piratica sufficit, & prædæ quas abigunt ex Insulis.

NVM. 4. Mores Tzacorum, seu Mainotarum.

MAINOTÆ, seu Tzacones, habentur à reliquis Moreæ populis Barbari; & licet Græcum ritum profiteantur sunt tamen Turcis, quàm Christianis similiores. Decem millia armatorum educunt, tenues copias, sed expeditissimas, & quæ adhuc à Turcis debellari non potuere; dum fugiunt peritissimè & certissimè sagittas vibrant. Nullam grandiore nauem ad portus appellere patiuntur, sed minora tantum nauigia, & lintres, quibuscum pelles, lanas, adipem, & vina permutant. Hostiles naues quotquot capiunt præscindunt, & inflammant, & suis piraticis actuariolis Insulas ditionis Turcicæ fatigant, atque diripiunt. Melius cum Venetis

conueniunt: nihilominus ab illis hi sibi cauent, quoniam vix se continent homines raptō viuere assueti, vbi aliquid prædæ in nauibus latere nouerunt.

N V M. 5. *Politia Moreæ.*

PRINCIPES Græci, seu Despotæ Moreæ, diu hîc rerum potiti sunt, qui Turcis in Europam irrupentibus Hexamilum excitauerunt rursus, atque munierunt, opus à Peloponnesiis excitatum tempore belli Persici vt præmonuimus. Hic murus ab Amurato II. disiectus est, regio latè, & fœdè vastata. Vindicarunt & hanc sibi Veneti anno Christi 1543. eumque murum excitarunt denuo, & duplici fossâ munierunt intra 15. dies, 30. hominum millibus diu noctûque laborantibus; sed quanto labore & industriâ munitio illa excitata fuerat, tam turpiter, & flagitiosè deserta fuit, atque per Mahumetum II. nullo negotio disturbata, quando Thomas Palæologus vltimus Moreæ Despota exautoratus Romam profugit. Saniacus Methonensis *de Modon* dicitur *Morabegi*, hoc est dominus Moreæ & mille equites educere solet: Nauplia tamen *Napli de Romanie*, penè videtur esse libera; ideoque crescit in dies, aliis deficientibus. Per Moream sparsi Albani, gens parum quieta, & neque iugum ferre potens, nec sat gnara excutere; ideoque conqueruntur indigenæ se Albanorum imprudentiâ sæpe Turcarum crudelitati expositos esse.

§. 5. *De Albania.*

N V M. 1. *Nomen Albania.*

ALBANIA semper Arbania apud Leunclauium dicitur; qui obseruat Albanos à Turcis appellari *Arnaut-laros*. Quidam volunt Albanorum nomen antiquum esse, siquidem Ptolemæus hîc urbem Albanopolim nominat: meliùs dicti sunt ab Albanis Asiaticis, qui expulsi per Tartaros eas sedes occupauere.

N V M. 2. *Quantitas Albania.*

Longitudo eius desumitur ab vrbe Dulcinio *Dulcigno*, & pertinet ad montes Albanos, seu quibus Albania dispescitur à Macedoniâ, & continet 120. mil. pas. leucas Franc. 60. Germanicas 30.

M m m iij

Latitudo eiusdem procurrit ab eâdem vrbe Dulcinio, ad os Ambracij sinus, *de Laris*, & complectitur 270. millia pass. Francicas leucas 135. Germanicas 67 cum dimidia.

NVM. 3. *Qualitas Albanie.*

REGIO circa Dyrrachium & Dulcinium feracior est; in parte Meridionali etiam vina generosa crescunt, inter quæ Aulonica *de la Valone* celebrantur. Ad eandem quoque urbem pix laudatissima crescit, & sal in montibus effoditur. In Italiâ quoque laudantur cera Albana, gossipium, linum, tapetes; & quia sale abundant, & piscibus ora maritima scater, ideo illi sallantur, & per vniuersam Græciam distribuuntur.

NVM. 4. *Mores Albanorum.*

ALBANI omnes bellicosi sunt, & ad fatigandos hostes peridonei: milites hîc melius ex equis, quàm pedites depugnant, sed rapaces sunt, & nimio prædæ ardore victoriam dubiam reddere solêt. Idiomate peculiari vtuntur quod neque Turcicum, neque Græcum, neq; Slaucum, illud autem secum ex Asiâ detulisse dicuntur; multis tamen Slaucis verbis inquinatum est. Venales animas habent, & ei militant qui luculentius stipendium offert, sed maximè Venetis operam suam & sanguinem locant. Itatorum more vestiuntur ferè ditiores, reliqui ritu barbarorum, quibus vestis ad necessitatem, nihil ad ornatum. In funeribus suis mortuum quasi viuentem interrogant, & præficas adhibent quæ sibi capillos euellunt, ac genas radunt. A meridie Dyrrachium vsque viget ritus Græcus, exinde Latinus receptus est.

NVM. 5. *Politia Albanorum.*

TEMPORE irruptionis Turcicæ inter tres familias regio distributa fuit. *Comneni* ex familiâ Imperatorum Orientalium oræ maritimæ imperabant Dyrrachij & Aulonæ, Duxque vltimus Constantinus Comnenus, qui & Comes Montisferrati in Italiâ fuit, hîc rerum potitus est. Antea tamen Dyrrachium obtinuerunt Caroluisij ex familiâ Francicâ.

Mediterraneis locis, & magnæ parti Albanicæ imperarunt *Cassiotæ*; sed ab Amurate II. domiti sunt. Quamquam Scanderbegus, hoc est Alexander Epirota, regnum paternum instaurarit, & fortissimè defenderit.

Albania inferiori, & parua Græcia, quæ Despotatus vocabatur, præfuerunt Tochi Epirotæ, ex genere ut aiunt Torilæ, cuius ultimus Despota Leonardus per Amurathem secundum spoliatus in Italiâ consenuit.

Nunc verò per plures Saniacos administratur Albania, ut videbimus in Turcogræciæ Geographiâ. Aiunt tamen plerisque seruitutis Turcicæ exsortes esse, & eos armare posse 30. equitum millia ad bellum Turcis inferendum, modò ut arma, pecuniæ, & periti Duces ad eos appellant. Certè ad bellum Turcis inferendum necessarij videntur; contra quos quàm peritè pugnare queant demonstravit Scanderbegus; cui si Europæi coniunxissent vires suas, actum erat de Ottomanico Imperio. Hic moriens ditionem suam Venetis legarat, sed hanc tueri non potuerunt, utpote à mari nimium remotam.

§. 6. De Negroponte, seu Eubœa.

N V M. 1. Nomen.

NOMEN accepit ab Euripo, quod leuiter detortum est in *Negropont*, ut omnes arbitrantur Geographi.

N V M. 2. *Quantitas Negropontis.*

Longitudo eius procurrit à Promontorio *Lytar* ad Prom. *d'Oro*, & 2. gradus maioris circuli cum 10. minutis continet hoc est 130. millia passuum, leucas nostrates 65. Germanicas 32 $\frac{1}{4}$.

Latitudo ab vrbe Negroponte ad Pro. *Castaro* dimidij gradus, hoc est 30. mill. pass. 15. leucarum Franc. 7 cum dimidiâ Germanicarum.

N V M. 3. *Qualitas Negropontis.*

INSVLA hæc feracissima frumenti maximè, quo potissimum vtuntur Veneti, ad muniendas Insulas suas maris Ægæi: hinc quoque plurimum mellis, lanæ, serici, lini, ceræ exportatur.

N V M. 4. *Politia Negropontis.*

VENETIS paruit, quibus assignata fuerat à Rabano Carcerio eius Duce, ne à Turcis occuparetur; à quibus tamen anno 1470. subacta est, per Mahumetum secundum, qui in eam atrocissimè

defæuit, puberes omnes iugulauit, impuberes cum mulierculis Constantinopolim abduxit, vnde nouas Græcorum, & Turcarum colonias huc submitit.

CAPVT IV.

De Venetâ ditione in Græciâ.

CRETAM Insulam ægrè reseruauere sibi in Ægæo mari Veneti ex quo perdidere Cyprum, & S. Ioannis Hierosolymitani equites ex Insulâ Rhodo eiekti sunt. Exinde tamen sapientiâ suâ perfecere, vt in fide persisteret à quo fidem nullam solent expectare Christiani, nam ab eo tempore non Cretam modò, sed & Cytheram, & Tenum præfidiis retinere Veneti vsque ad nostra tempora, quibus bella inter Christianos Europæos, Turcam ad fœdera violanda impulerunt.

§. I. *De Insulâ Cretâ, seu Candiâ.*NVM. I. *Nomen & Quantitas.*

DE nomine nihil occurrit quod dicam, nisi quod *Candia* dicatur, habeâtque primariam ciuitatem iam toti Insulæ cognominem.

Quantitas eius spectata secundum *Longitudinem* ab *Hermico* Prom. ad Prom. *Salomonis* 4. gradus maioris circuli continet; ideòque 240. mil. pass. leuc. Franc. 120. Germ. 60. Secundum *Latitudinem* verò à *Cabo Sasoni* ad ostia fluuij *Linco* gradum vnum complectitur cum 10. minutis, igitur 70. mil. pass. 25. leucas Francicas, 17. cum dimidiâ Germanicas.

NVM. 2. *Qualitas Crete.*

FERTILITATEM Crete id maximè arguit, quòd in quibusdam eius Insulæ locis, bis in anno seratur, bis metatur. Vinum hinc generosissimum effertur, vulgò *de la Maluoisse*, olim vinum Pramnium. Tota est penè cupressis confita, vnde Veneti arculas faciunt suas. Montes etiam pascuis læti, quare hinc armenta Bucera, & oves innumeræ. Neque ceruos, neque lupos, aut vrsos & vulpes

pes alit, immo neque serpentes, eos potissimum qui veneno nocent, nisi fortè Phalangium, vulgò *Sphalangi*, Italis *Tarantula* quod species videtur Aranci; quem pungit istud animal, enecat stupido quodam dolore, cui malo Harmonia medicinam facit. Insula portus habet commodissimos & plures, quare nonnisi ægrè seruari potest contra potentissimum hostem.

NVM. 3. *Mores Cretensum.*

CRETENSES in præsentia molles & timidi, si *Sfachiotas* exceperis hominum genus ad arma natum, quorum dialectus est Italica multis vocibus Græcis admixta; *Tzopelonas* hos Græci vocare solent, quoniam eorum pleræque voces inchoantur à TZ. Reliqui mores induere Dominorum suorum. Indigenæ malè inter se conveniunt, ex quâ discordiâ imminet Insulæ ruina. Certè ætate nostrâ Turcas à Sfachiotis adiutos esse, Veneti grauitèr conqueruntur.

NVM. 4. *Politia Creta.*

AD Insulam administrandam altero quoque anno duo Veneti nobiles mittuntur, Dux vnus, alter Capitaneus dicitur. Quatuor millia stipendiariorum seruant Insulam, quibus adiunguntur mille *Sfrachiotæ*, quos indigenæ patres suos, atque tutores vocant. Veneti totam Insulam inter suos nobiles distribuerunt in 394. Baronias, *Caualerias* nominant, quas iterum in municipia diuiserunt, *Seruanteries* indigetant. Nobiles quoque Cretenses nobilibus Venetis accensent, vt eos in fide & obsequio Reip. suæ contineant. Nunc verò magnâ eius parte potitur Ottomanus, Venetis reliquias Insulæ ægrè seruantibus, indigenis aut mussitantibus, aut etiam ad nouum Dominum aspirantibus.

§. 2. *De minoribus Insulis Græciæ iuris Veneti.*

NVM. 1. *De Corcyra.*

CORCYRA, hodie *Corfou*, seu *Corfu*, excurrit secundùm longitudinem à *Lascano* Pro. Australi ad Pro. *Sidari* Boreale ad 40. mil. pass. patet: quæ longitudo est Geographica latitudo: secundùm latitudinem à Castro S. Angeli, quod *Sant Agnòlo* vocant ad Corcyram 20. millia passuum, ambitus eius centum millibus definitur.

Parall. Geogr. Tom. II.

Nnn

Abundat vino, oleo, & omnis generis fructibus. Frumentum antea parcè reddebat, sed huic malo prouifum est à Venetis, qui lacus aliquot exficcauerunt ex quibus iam frumenti ingens copia percipitur. Aquas etiam habet plurimas nauigationi Venetorum perutiles. Hinc quoque mel, cera, fal, herbæ medicæ efferuntur.

Linguâ vtuntur indigenæ partim Græcâ inquinatiffimâ, partim Albanâ: hîc enim plurimi Albani degunt. Fæminæ Phrygias vestes eleganter, & peritè elaborant, viri ferè otio torpent.

Armare potest Insula 20. hominum millia, ex quibus tria millia elegere Veneti, quos ad bellicas artes sollicitè erudiunt, ad Insulæ tutelam. 500. stipendiariis pedibus seruantur arces, 150. equitibus Albanis, seu Stratiotis littus defenditur. Regitur à Venetis iam ab anno 1382. quando sese indigenæ spontè Reip. sapientiffimæ submiserunt. Administratur autem à duobus nobilibus Venetis; vnus dicitur *Bailo* qui adiunctum habet sibi consiliarium *Assessorum*. Alter *Prouidador*, quasi Prouisor, cui coniunctus est *Quæstor*. Ex Venetis legibus ius Insulæ redditur. 12. millia Ducatorum vectigal Reip. pensitat, & 200. millia modiorum salis: qui sal conficiunt magnis immunitatibus gaudent, quarum præcipua quòd ab Aprili mense ad Nouembrem in ius vocari non possunt; quia toto hoc tempore sal vel coquitur, vel colligitur.

NVM. 2. De Cephaloniâ.

CEPHALONIA, vulgò *Cephalogna*, secundùm longitudinem excurrit ad 80. mil. pass. maxima eius latitudo 50. mil. minima 20. ambitus 160. distat à Zacyntho, freto interiecto, 12. mil. pass.

Regio est paulò ficior, abundat tamen oleo, frumento, vino, serico, lanâ, melle, cerâ, & mannâ. Incolæ partim Græci, partim Itali, Græcè vel Italicè loquuntur, omnes inquinatè. Diuiditur Insula in 19. partes *Pertinenzas* vocant, in quibus familiarum 6. millia numerantur: 4. millia expeditorum militum armari possunt. Arces hîc duæ satis munitæ, *Cephalogna*, & *Assò*.

Regitur per Prouidadorem nobilem Venetum, cum Quæstore item nobili quem *Carmelengo* dicunt; vectigal eius Insulæ est 12. millium Ducatorum.

N v m. 3. De Zacyntho.

ZACYNTHVS *Zante*; excurrit in *longitudinem*, ad 25. millia passuum: in *latitudinem* 20. ambitus est 60. 12. millibus à Cephaloniâ, 15. à Castello Tornesio in Moreâ distat.

Abundat vino, & oleo; sed frumentum malignè cultoribus suis sufficit; itaque milio pro frumento plerique vtuntur; vuarum Corinthiarum ducenta millia capfarum efferuntur.

Incolæ ingeniosi, & solertes, partim Græci, partim Itali: eorum tria millia in armis expediti solent esse quoties piratarum metus ingruit: 120. pedites stipendiarij aluntur à Rep. 80. stratiotæ ad custodiam littoris: ij solent ignes excitare quoties piratæ moluntur exscensionem. Regitur Insula à Prætore, *Providadorem* dicunt, cui duo alij Nobiles Veneti assident, & hinc colligitur vectigal 7500. Ducatorum.

N v m. 4. De Cytherâ.

CYTHERA, vulgò *Cerigo* dicitur, quam Cicula Sinanus Bassa speculam Ægæi maris nominabat, quoniam hinc facillè Christiani explorare possunt statum Imperij Turcici: *longitudo* eius, & *latitudo* pares, earum singulæ 16. mil. pass. *Ambitus* 60. Regio abundat oleo, & vino, ac montibus tumet. Onagris plena est, quorum in capite lapis cuius mentionem faciemus in Admirandis. Indigenæ omnes Græci, præfidiarij Veneti, à Prætore, seu *Providadore* administrantur.

N v m. 5. De Tenos, & Mycone.

TENOS, & Mycone, hodie *Tine*, & *Mycote*, arces habent munitissimas in rupibus, sed Tenos inexpugnabilem; Hæc quoque serico abundat, illa singularem rerum omnium penuriam experitur. Reguntur singulæ à singulis Nobilibus Venetis, eò altero quoque anno missis, quos Rectores vocant. Ad eas appellunt Christiani, qui seruitutem apud Turcas seruiunt, antequam eò perueniant parum tuti, & magnis cruciatibus expositi.

N n n ij

CAPVT V.

Græcia recentis Geographica descriptio.§. I. *Romania, seu Thracia, la Romanie, ou la Thrace.*

V
R
B
E
S
M
A
R
I
T
I
M
Æ
R
O
M
A
N
I
Æ.

CONSTANTINOPOLIS: *Constantinople, Turcis Stamboul,* quoniam interrogati Turcæ quò pergerent in expeditionibus, dum Hadrianopoli versarentur, respondebant barbarè *εις τὴν Πόλιν,* seu *εἰς τὴν Πόλιν* ad urbem, Constantinopolim significantes quam animis, & spe vorauerant. Portum habet commodissimum & mercibus exponendis peridoneum. Vrbs triangularis est, viæ angustæ, & inæquales, septem colles includit ne à Veteri Noua Roma differat. Locus rerum venalium *Besestîn* dicitur. Hic quoque Sultanorum Palatium *le Serail;* Castrum vulgò septem turres, vbi Fiscus Principis. Extra urbem secundum portum excurrit

GALATA: aliter *Pera,* quasi ultra æstuarium, vrbs vel potiùs suburbium Constantinopoleos, vbi Latini ferè omnes commorantur, primùm à Genuensibus extructa, vel potiùs culta.



Castella: *les Chasteaux de la mer Noire,* in vtraque Bosphori ripâ, vbi magis restringitur, in Europæo seruantur equites Melitenses bello capti.

Selimbria: *Selurée,* cuius muri disiecti, eius tamen Balnea, & templa magnificentiam antiquam loquuntur; adiacet ei burgus cognominis quem Turcæ incolunt cultissimus.

Araclea: olim *Heraclea,* & *Perinthus,* deformata ciuitas, cuius portus tamen optimus, & recipiendis maioribus etiam nauibus opportunus.

Gallipoli: olim *Callipolis* sedes *Beglierbegi* Insularum, vrbs ampla, sed iam sine muris; hic tantùm sagittæ fiunt, & plerique omnes ciues hâc arte vititant.

DARDANELLE, *les Chasteaux,* olim *Sestos,* & *Abydos* mille passibus ab se inuicem discretæ, in quibus tormenta inuolatæ amplitudinis, & magnitudinis mare abstergentia,



ul,
io-
ant
ant.
dis
na-
ma
uo-
em
or-

ius
nes
oo-

ori
ites

ca,
t ei

cu-
am

rbs
le-

uil-
nu-
ia,

quæcumque naus inuitis custodibus illac transit dubio procul euertitur. Duo ex his tormentis globos lapideos mille librarum excipiunt, 500. libras nitrati pulueris.

HADRIANOPOLIS: *Andrinople*, Turcis *Endrem*, vrbs serenissimi aëris, Amurathi sedes regia, cum ex Bithyniâ in Thraciam traiecit; Imperij Ottomanici sedes antequam Constantinopolis caperetur; hodie etiamnum pulcherrima, & cultissima.

Philippopoli, Philippopolis, Turcis *Philiba*, aut *Phelibe*, vrbs Archiepiscopalis, & ampla, cuius tamen mœnia conciderunt.

Dimotac, Didimotycha ad Hebrum Fl. sita, vrceolis suis celebris, quibus etiam Imperator vtitur. Hic natus est Baiagethes, eoque secessit Imperio depositus.

Chiurli, aliter *Zorlo* Turcis, Latine Tzurulus burgus potius quàm vrbs ad Fl. cognominem Latine Athyram, ad quem depugnans Selimus in patrem Baiagethem victus, & captus est.

Kirclissa, nobis *Quarante Eglises*, Tessaraconta Ecclesiæ, Saniaci sedes.

Triadiza: olim Sardica, postea Triazifa Concilio Sardicensi celebris, iacet penè in ruinis.

Bouron: Bistonium ad lacum cognominem qui olim Bistonis, aded in præsentia piscosus, vt piscatione eius tantum indigenæ victitent.

FLV-
VIIR O-
M A-
N I Æ,seu
Thra-
ciæ re-
centis.

MARIZA: Hebrus, lentus admodum hodie nisi cum niuibus augetur: recipit *Ardum*, & *Tunfam*, qui in eum effunduntur ad Hadrianopolim: *Tunsa* videtur apud Calchondylam dici Tænarus. In Hebræ arenâ grana aurea reperiuntur, & demum ad urbem *Eno* Ænum cadit in Ægæum mare.

Maestro, indigenis *Carason* Nessus; ideò *Carason* dictus, hoc est Niger, quia semper arenis turbidus lentè admodum aquas suas euoluit.

Chiurlic, seu *Chiaurlic*, olim Athyras, à burgo nomen habet.

Larissa: *Melas*, sed duplex maior, & minor; hic in Hellespontum, ille in Ægæum cadit.

MON-
TES

COSTEGNAS: Turcicè *Balkan*, Slaucicè *Cuimoniza*, olim *Hæmus*, à recentioribus Italis *Catena Mundi* nominatur.

R O-
M A-
N IÆ.

Monte Argentaro, olim *Rhodope* à Græcis *Basilissa* quasi *montium Regina*, à *fodinis* nomen accepit, & hodie adhuc incultus, & magnam anni partem niuibus obductus.

Castagna, *Pangæus* *fodinis plumbi, argenti, & auri* hodie *diues*.

§. 2. *Macedonia, cuius quatuor partes Iamboli, Macedonia, Comenolitari, & Ianna.*

IAMBOLI, olim Macedonia prima, & secunda.

CAVALLA, olim *Bucephala* aditus ex *Macedoniâ* in *Thraciam*, cum amplissimo portu, sed parum tuto hoc tempore. Ab eâ vrbe non procul via publica inter montes magno sumptu, & labore effossa.

Contessa, vrbecula ad sinum *Strymonicum*, vnde ei nomen recens inditum.

Siderocapsa, vrbs *fodinis* vicinis celeberrima, vnde multum auri quotidie *Turca* colligit, eoque vitur ad *Sultanos* suos *les Squins*.


Tricala, à quibusdam locatur circa *Bucephalam*, & *Saniaci* sedes dicitur, sed vereor vt cum *Theſſalicâ* confundatur, de quâ in *Ianna* dicemus.

STROMONA Fl. aliter *Marmara* à pago ei adiacente, vbi ponte iungitur: vel meliùs cum in duo brachia scindatur, alueus Occidentalis *Marmara* dicitur, Orientalis *Redino*, totus fluuius *Stromona*, nuncupatur: olim *Strymon*.

Agion oros, seu MONTE SANTO, sic dictus quia in eo numerantur 24. Monasteria *Calogerorum*, seu *Monachorum*, quorum celeberrima *Garopedos*, & *Agias-laura*; in his duobus 600. Monachi numerantur, in aliis supra quinque millia. Pleraque eorum egregiè munita sunt, vt piratis obſistant. In mare ad sexaginta millia passuum procurrere dicitur: olim *ATHOS MONS*.

COMENO-
LITARI,

Cogni, *Coginium* castrum munitissimum in monte situm, ad compescendos latrones olim excita-



pars Tertiæ
Macedoniæ,
& aliqua pars
Theſſaliæ.

citatum, nunc ferè deſertum eſt, & ruinis de-
formatum.
Tyriffa, ciuitas antiqua vetus nomen retinens,
nunc in vicum redacta.
Domonignifa, mons in eo tractu, cuius paſcua lau-
dantur.

MA-
CE-
DO-
NIA
magna
pars
Mace-
donie
Tertia.

SALONIQVI : olim Theſſalonica, in ſinu cognomine
olim Thermæo, vrbs etiam noſtrâ ætate populosa, &
diues, cum portu commodiſſimo, ad quem confluunt
ex omni Europâ mercatores.
Citros: olim Pidna, vrbs ampla, & nihil ſplendoris anti-
qui videtur perdidiffe.
Veria: olim Bercea in pagum redacta.
Zucria, aliter *Ichniza*: olim Pella, hodie vicus in quo
tamen aliqua antiquitatis monimenta eruuntur.
Platamona Fl. olim Aliacmon.

I AN-
NA
pars
maxi-
ma
Theſſa-
lia.

IANNA: vnde regioni nomen, locus munitiſſimus in lacu
cognomine, in quem aliqui riuli deſtuunt, & exin-
de in Peneum per cuniculos elabuntur.
TRICALA : olim Tricca quam Saniaci ſedem facit
Leunclaius : eius fuit Episcopus Heliodorus ille
qui Æthiopica ſcripſit, & quoniam factum indignum
Episcopo noluit eiurare excidit Episcopatu : hoc
tamen aliqui negant, aut ſatis id non eſſe certum at-
bitrantur.
Armero, vnde Pelasgico ſinui nomen, oppidum con-
ditum non procul à Thebis Phthioticis.
Piſrem, ſeu *Peſtremo* Saniacatus ſedes Leunclauio, quæ
vbi ſita ſit, à peritis rerum Græcarum ediscere non
potuit : dicitur tamen eſſe alicuius nominis vrbs in
hoc tractu.
Salampria, Fluius : olim Peneus.
*Reliquos Montes, & Fluios, ex antiqua Theſſaliâ re-
pete.*



§. 3. De Albaniâ Turcis Arnaut, ex Leunclauio.

ALBANIA SUPERIOR, olim Macedonia pars Occidentalis, seu quarta pars Macedonia.

- M A-
RITI-
M A,
seu
Com-
neno-
rum.
- DYRAZZO, nobis Gallis *Duras*: Dyrrachium olim pulcherrima ciuitas ad ostium Fl. *Argentaro*, à quâ Principes Dyrrachini dicti Carlouitzij, ex sanguine Regum nostrorum.
- Scutari*, Turcis *Iskodar*: olim Scodra, vrbs in rupe sita, cuius pedem alluit lacus, vulgò *de Penta*, aliter *de Scodra*, ex quo fluuius *Boiana* erumpit.
- La Vallone*, *Vallona*: quondam Aulon; portus amplissimus, seu veriùs sinus multarum nauium capax, quem duo castra muniunt, vbi superioribus annis Ottomanus finxit classem cogere contra Melitenses.
- Spinarza*, vrbecula ad ostia Polinæ Fl. piscatione celebris, sed Piratarum excursionibus obnoxia.
- M E-
D I-
T E R-
R A-
N E A,
seu
Ca-
striota-
rum.
- CROIE: olim Antigoniam, vel vt alij malunt Eri-bæa, *Cruam* vocat Calchôdylus, munitissima ciuitas, in quâ Scanderbegus Ottomanorum potentiam irrisit, & retudit. Nomen habet à voce *Croia*, quæ Albanicè *fontem* sonat; hanc alluit Fl. *Lisana*; quidam hanc vocant etiam Troiam, sed corruptè; & est totius Albanie primaria.
- Albanopoli*: Albanopolis, antiqua ciuitas, sed deserta, ex cuius ruinis creuit Croia vicina; malè quidam hanc volunt esse Croiam. Furorem Ottomanorum sensit, & suis ruderibus ostendit.
- Ocrida*, ad lacum cognominem, ex quo Fluuius *Drino* erumpit, vrbs munita, & Saniaci sedes, cui etiam Croia subdita est.
- Sfeigrad*, virtute Scanderbegi nobilitata: in eâ enim Turcis restitit, & ex eâ vsque eò fatigauit, vt in desperationem pæne adduceret.
- Bellgrad*, seu *Belgrado*, itinere vnus diei distita à Vallonâ, cuius fit sæpe mentio in Historiâ Scanderbegi.

ALBANIA INFERIOR, olim Epirus, & exigua pars Helladis.

CANINA.

CANINA : castrum munitissimum in monte qui incum-
bit sinui Aulonensi, quem etiam munit, & tuetur
contra Piratas: inde regiunculæ nomen, quæ tota
montana est.

Montes Diaboli, *les mons du Diable*, olim Acrocerau-
nia Iuga; aliter *les mons de la Chimere*, vnde armenta
pinguissima Turcis subuehuntur.

CHIMERA.

CHIMERA: vnde regioni nomen ad sinum cognomi-
nem, vrbs quondam amplior, sed deficiens ex quo
paret Ottomano. Indigenæ Chimerioteæ in monti-
bus libertatem suam non malè propugnant.

Butrinto, olim Butrotum, vrbs maximæ cadauer, è re-
gione Corcyræ Insulæ. Sinus eius, seu portus dicitur
Almone, & ad eum multi piscatores degunt, quia hîc
quæstuosa piscatio, ob lacus amplissimos, & piscibus
refertissimos.

S. *Quaranti*, portus non incommodus, vrbecula, vt in
Turcico agro sat lauta.

LARTA.

LARTA ex Ambraciæ ruinis creuit, decem millibus iam
à littore remota, quia sinus Ambracius qui ab eâ vr-
be nomen habet, *Golphe de Larta*, sensim oblimatur.

Perga: olim Torone, ditionis Venetæ sub Corcyræo
prætore, incolæ diuites, quibus etiam à Rep. con-
cessæ sunt duæ Insulæ, in quibus armenta sua alunt
Paxu, & *Antipaxu*.

Bastia à multis Albanæ limes constituitur, sed vltà
etiam porrigitur, si quidem ditio Ambraciana ab om-
nibus fermè huic accensetur.

Ioannina, malè à plerisque in Ætoliâ locatur, & Saniaci
sedes esse perhibetur.

Deluino, huius tractus præcipuus burgus diues & per-
amœnus, Saniaci quoque sedes.

DESPO-
TATVS,
seu parua
Græcia,

Lesibera, ferè ad ostia fluuij *Apri*, seu *Acheloi*,
de cuius variis nominibus in antiqua. Vrbs te-
nuius est, & in dies deficit, quia ostium *Ache-
loi* sensim oblimatur.

Neocastro, non procul ab ostio *Lafidari*, seu *Euc-*

olim Acarna- nia, & Ætolia		ni, locus peramœnus, & Despotæ quondam sedes, nunc auaritiâ Ottomanorum deperit. <i>Alcippo</i> , ad finem cognominem, statio nauibus opportuna, nisi minutis Insulis & scopulis hæc ora prætexta esset.
-------------------------------------	--	--

§. 4. De *Liuidia*, quæ olim *Achaia*, seu *Hellas*.

LIVA- DIA, vera, vbi olim <i>Phocis</i> , <i>Doris</i> , <i>Locri</i> .		LEPANTE, Græcis <i>Inebecti</i> , olim <i>Naupactus</i> , capta à <i>Baiagethe</i> an. Christi 1499. cum Christiani satis inter se non conuenirent. Sed anno 1571. non pro- cul ab eâ commissum est prælium <i>Naupactinum</i> di- ctum Duce <i>Ioanne Austriaco</i> , quo Ottomanica vis opprimi potuit 200. triremibus Turcis captis, aut depressis. <i>Salona</i> , olim <i>Delphi</i> viculus duntaxat in planicie ad- modum feraci, in quâ multum frumenti colligitur.
---	--	---

STRA- MVL- PA, olim <i>Bœotia</i> , pars <i>Li- uidiæ</i> plerisq;.		<i>Badia</i> ; olim <i>Lebadia</i> , vbi adhuc ab indigenis osten- duntur vestigia Antri <i>Trophonij</i> . <i>Anatoria</i> : <i>Tanagra</i> in regione perferaci, quare in præ- sentiâ Græci hîc nutriunt Turcis armenta plurima, & greges copiosos. <i>Orchomeno</i> : <i>Orchomenus</i> viculus tantùm magnæ vrbs tenue vestigium. <i>Esopo</i> fluuius, torrens veriùs quàm fluuius, olim <i>Aso- pus</i> .
---	--	--

L E D V- C H E'		SETINES: Athenæ, vrbs seu burgus iam amplissimus, cum castro in colle vbi soli Turcæ degunt, in reli- quis partibus Turcæ Græcis permixti viuunt: in eò burgo multa ostenduntur vestigia antiquitatis, vt <i>Areopagi</i> , <i>Academiæ</i> , &c. Capta fuit à <i>Mahumeto</i> anno Christi 1455.
---------------------------	--	--

D'A- THE- N E S,		<i>Port-Lion</i> : <i>Pyræus</i> , aliter <i>Porto-Leone</i> , ita dictus locus à <i>Leone</i> marmoreo, qui iacet ad littus; satis hodie iudicatur ex aspectu quæ fuerit olim eius magnifi- centia. <i>Salina</i> , olim <i>Nissa</i> portus <i>Megarensium</i> , hodie statio
------------------------	--	---



ndam
erit,
ibus
pulis

apta à
satis
pro-
m di-
ca vis
, aut

te ad-
gitur.
sten-

præ-
rima,

rbis

Afo-

mus,
reli-
n eô
s, vt
mco

ocus
odie
gnifi-

tatio

Duca-
tus A-
the-
nien-
sis,
olim
Attica,
& *Me-
garis*.

infida, vbi aliquid falis excoquitur: à quâ non procul locus *Megra* dictus, quem ex nomine colligunt esse rudera *Megaræ*.

Raphæi, olim Panormus portus, nunc piscatorum statio satis grata, nisi piratarum excursionibus pateret.

Le Cap des Colomnes: Promontorium Columnarum, à Columnis hîc extantibus, olim Sunium Promontorium.

Succamino, seu *Zucamini* olim Oropus, limes Ducatus Atheniensis in Boream.

§. 5. De *Morea* olim Peloponnesus.

D V-
C A-
T V S

CLARENZA: Clarentia ad Ionium mare (olim Dyme) quæ huic regioni nomen dedit, cuius fit crebra mentio in bellis Turcicis: loco fertili & amœno constituta, & cum Peloponnesus suum Principem, seu Despotam habuit, magni nominis.

CL A-
R E N-
T I Æ

Coranto, olim Corinthus vrbs etiamnum ampla, sed sine muris, cum arce quæ adhuc perdurat, olim Acropolis, seu Acrocorinthus. Hîc permixti Turcis Christiani viuunt, sed miserè vexati.

olim
Achaia
propria
Sicyon,
& *Co-
rinthus*.

Vasilica: olim Sicyon, ita dicta est à Palatij reliquiis, quæ hîc visuntur.

PADRAS, seu *Patras*, olim *Patræ*, vnde sinui nomen *le Golphe de Lepante*, aut *de Patras*, vbi hætenus colitur religiosè S. Andreas hîc passus; ille videlicet Heros Iudæus cuius meminit tacito nomine Pausanias.

Gastani, Latinè Augusta, Episcopalis ciuitas sub Patrensi Metropolitâ.

B E L-

BELVEDERE: Calloscopium Græcis, olim Elis; vrbs ampla, vnde toti regioni nomen, loco peramœno sita, ex quo & nomen habet, & si cultura accederet cultissimis Europæ plagis comparanda.

V E-

Nauarin: olim Pylos Messeniaca, malè à quibusdam Nestoris; suspicantur docti nomen hoc seruatum esse ab *Abarino*, cuius Ptolemæus meminit, certè Barinos à Græcis recentioribus locus ille dictus est. Portum

D E-

R E

olim } habet percommodum duplici castro munitum, quò
 classis Turcica conuenire solet, dum aliquid in Eu-
 ropam molitur.

Elis, & } *Rophea*, seu *Orphea*, in tabulis Hydrographicis *Carbon*,
 olim *Alpheus* fluuius.

Messe- } **MODON**: olim *Methone* munitissima *Moreæ* ciuitas, &
 dia. } diu *Saniaci* totius *Moreæ* sedes; capta est à *Turcis* per
 stupidam præfidiariorum incuriam, omnes puberes
 iugulati; atque in præfentiâ diligentissimè seruatur ab
Ottomanis.

Coron: olim *Corone*, vicina superiori etiam permu-
 nita, quam tantum incolunt *Turcæ*, *Christiani* & *Iu-
 dæi* in suburbia relegati sunt.

ARCADIA: fortè olim *Cyparissæ*, vnde sinui nomen
Golfo del Arcadiâ, portus satis commodus, & vrbs non
 illepada quondam, nunc deficit.

SACCA- } **NAPLI** *de Romanie*, corruptè vulgò *Napoli*: olim
 NIA, } *Nauplia*; amplissima ciuitas, loco peramceno sita,
 seu Roma- } & iam totius *Moreæ* populosissima, quoniam in
 nia minor, } eâ *Turcæ* indulgent *Græcis Christianis*.

aut Roma- } *Argo*: olim *Argos*; nunc duntaxat viculus ex aliquot
 nia *Moreæ*: } casis, & tuguriolis.

olim Ar- } *Charia*: olim *Mycenæ*, aliter *Agios Adrianos*, à San-
 gia, seu } cto, qui hîc religiosissimè ab indigenis colitur.

Argolis. } *Pluniza* Fluuius: olim *Inachus*; qui binominis est,
 nam antequam cadat in sinum *Argolicum* dicitur
Caueri.

TZACO- } **MYSITHRA**: olim *Sparta*; vt olim sic etiam sine mu-
 NIA, } ris, populosissima ciuitas à quibusdam dicitur, ab
 aliter } aliis viculus. Nomen accepit à minuto caseo,
 les Maï- } quem indigenæ *Musithra*, seu *Mysithra* vocant, &
 notz, le } hîc ponte mirabili iungitur *Eurotas*.

pays de } *Maino*, vnde *Mainotæ* dicti *les Mainotz*, olim *Leu-
 MAINO,* } strum *Laconiæ*, à quo non procul portus cogno-
 ou le bras } minis, aliter portus *Coturnicum*, *le port des Cailles*,
 de Maino, } quoniam innumeræ coturnices eò confluunt. Cir-
 olim Laco- } cumposita huic vrbi regio diues est oleo, vino,

nia, & Arcadia, quidam tamen Maïnotas à Tzacombus separant, & hos Boreales illos Australes faciunt.

frumento, indigenæ sui iuris, & qui Insulanos Turcicos mirè vexant.

Maluasia, seu *Monembasia*, olim Epidaurus Limeira, vbi nobile vinum crescit, quod inde Antonomasticos nomen traxit, licèt in aliis locis proueniat.

Geremen: olim Geremia ab Amuratho capta & diruta, cùm Peloponnesum subiugauit.

Lundari: olim Megalopolis in montibus, vicus nullius iam ferè nominis.

Mandi: olim Mantinea, tenuis quoque vicus.

Iris Fl. indigenis olim Eurotas, cuius ripa amœnissima est, & confita arboribus.

CAPVT VI.

De Insulis Nouæ Græciæ.§. I. *De Insulis Maris Ægei.*

His omnibus Insulis fermè Turcæ potiti sunt; seruauere tamen aliquas Veneti, potiùs sapientiâ suâ, quàm fortitudine: quomodo enim Ottomanis tam vicinis resistere potuissent? nisi fortè adiuti totius Europæ viribus, quas dum concitare verentur Turcæ, ab iis fortè abstinuerunt.

NVM. I. *De Insulis in Ægeoditionis Venetæ.*

CRETÆ INSVLÆ

AGER

CANDIA: *Candie*, ampla ciuitas, & primaria totius Insulæ, atque Archiepiscopalis, munitissima, & tormentis bellicis instructissima æ quor omne detergentibus. Arcem quoque habet, & Armamentarium instructissimum.

CRE-

TEN-

Castrum Theodori: *Castel Theodoro*, seu *Thodoro*, munitissimus planè locus.


SIS,

Selinus: *Selino*, munitus quoque locus in sinu de *la Sunda*, & in intimo eius recessu.

le Terri-

Spina longa: portus optimus cum arce permunita, in

lanos
 Lime-
 tono-
 rouc-
 diru-
 s nul-
 eniffi-
 re ta-
 titudi-
 ffent?
 re ve-
 ia to-
 titiffi-
 e quor
 et, &
 odoro,
 inu de
 unita,
 in



- toire de
Candie.
- AGER
- C A-
NEÆ,
- le Terri-
toire de
la Ca-
née.
- AGER
- R HI-
THYM-
N E N-
S I S,
- le Terri-
toire de
Retimo.
- AGER
- in eius custodiam. Sita est arx in Cherfonneso, quâ portus ille efformatur.
- ARMIRVS: Fl. *Armiro*, seu *Almiro*, ex fonte profuit tam multas aquas suggerente, vt statim ingentem lacum impleat. Aiunt eius aquas falsas esse, & sic ex fonte prodire, verùm eas sensim fluuiolis, & torrentibus dulcescere.
- CANEA: *la Canée*, olim Cydon; munitissima, sed hâc ætate nostrâ à Turcis occupata post longam obsidionem. Vrbs erat ampla & diues, sed in eius portum grandiores naues subire non poterant, sed hærebant in Insula *Turlluru*.
- La Suda*, arx item munitissima, cum portu commodissimo, in sinu olim Amphimalo, nunc *de la Suda*, multarum nauium capace.
- Turlluru*, Insula, cum arce, ad quam grandiora nauigia subsistunt, quoniam Canearum portum subire nequeunt. Locus est quoque munitissimus.
- Spachiotæ montes, vulgò *de Sfachie*, olim Leuci, in quibus degunt Sfachiotæ homines ad arma paratissimi, de quibus suprâ in Historicis.
- RHITHYMNA: *Retimo*, seu *Retimo*, ad ostia Fluij Platonici *Platonico*, cum castro in rupe, vrbs diues, & satis frequens, portu sat commodo instructa.
- Milopotamo*, non procul à *Retimo* in eadem orâ ad ostia Fl. Bucarcadi, seu potiùs torrentis: *Bucârcadi*.
- Castrum vetus, *Paleo Castro*, arx in rupe excitata, & munita fossis in eadem rupe excisis; munitissimus penè totius Insulæ locus, non procul ab *Armiri* Fl. ostio.
- Siloritus*: *Pfiloriti*, mons olim Ida in medio Insulæ editissimus, ex quo in vtrumque mare *Ægæum*, & *Libycum* prospectus datur.
- SITIA: *Sitia*, quatuor præcipuarum vrbiũ Cretæ minima, sed populosa satis cum amplissimo

- Sitia.* S I- portu, qui inter præcipuos Insulæ connumeratur. Huius quoque vrbs territorium angustissimum est.
- TIEN- Sacra petra: *Hierapetra*, in littore Meridionali ad mare Libycum, vnde & Promontorium vicinum nomen habet.
- S I S, Lasthus: *Lasthi*, mons olim Dictæus, in duo brachia sectus, quorum alterum procurrit ad Pro.
- le Territoire de Sitia.* Sidero, aliud extenditur ad Promontorium *Salomone*.
- C E- CAPSILA: *Capsila*, in tabulis vulgò ex nomine Insulæ *Cerigo*, vrbs Episcopalis, munitissima situ, nempe in tumulo, ad quem facilè peruadi non possit.
- R I- Tina: *Tine*, portus aliter *S. Nicolai*, à templo huic Sancto consecrato in parte Boreali aperitur satis commodus.
- G O, Portus Delphini: *Porto Delphino*, ad partem Australem Insulæ.
- olim Palæopolis: *Paiopoli*, corruptè pro *Paleopoli*, locus antiquæ vrbs Cytheræ.
- Cythera. Adiacet ei versus Cretam Cytheriola, vulgò *Ciceriga*, seu *Cicerigola*, Græcis nunc *Δίσις*, nautis *Cicerigon*.
- TINE, Vna Cycladum cum vrbe in môte munitissimâ, & quam olim frustra Turcæ tentarunt: Christianorum ex Turcicis *Tenos*. compedibus fugientium Asylum.
- MYCO- Vna ex Sporadibus, vt quidam arbitrantur, duplicem habet portum, à Meridie vnum, alterum NE, seu MYCO- ab Oriente, urbem vnam in medio Insulæ, quæ LE, olim sæpe tentata à Turcis, numquam tamen capi potuit. *Mycoræ*.

N V M. 2. De Insulis in *Aegæo Ottomanicæ ditionis*.

- NE- Negropontium: *Negrepoint*, olim Chalcis ad Euripum GRE- sita, vbi hîc nunc ponte iungitur, cui castrum per- PONT, munitum incumbit, & à Turcis diligentissimè ser- olim uatur.
- Eubæa*, *Stora*, olim *Stira* quam Mahometes I I. huius Insulæ

*l'Isle de
Negre-
pont.*

domitor expugnauit, & incendit.
Euripus: *Euripo Έβειρο*, de quo in antiquâ Græciâ: olim
septies reciprocus erat, nunc tantum bis de die intumescit, sed impetu aquarum, & vortice incredibili.

ST A-
L I
M E-
N E

INSV-
L A,

olim
Lemnos.

Mandra: *Mudro*, aliis *Mandro*, maxima Insulæ ciuitas ad littus Orientale, à quâ non procul eruitur terra, vulgò *Lemniaca*, *la terre sigillée*, sic dicta, quia 6. Augusti magnis ceremoniis eruitur, Græcis atque Turcis spectantibus; de hac terrâ agemus in Admirandis, *Stalimeni*, aliis *Lemno*, olim Myrina præcipua olim ciuitas Insulæ, excitata potiùs videtur ex veteris Myrinæ ruinis paulò à mari remota, cum Myrina mari allueretur.

Cochinum: *Cochino*, olim Hæphestias, castrum in littore Boreali.

Castrum vetus, *Paleocastro*.

Mons Neptuni: *Monte Nettuno*, plenus herbis odoriferis.

T H A-
S O, olim
Tassos.

40. mill. passuum ambitus cum vrbe cognomine fatumunita, duobusque aliis arcibus: portu quoque non incommodo instructa est.

SAMAN-
DRACHI,
olim
Samothracia.

20. millium passuum ambitus, penè deserta, & parum culta. Capris abundat Insula, ex quarum pellibus Alutas conficiunt vulgò *les marroquins de Leuant*. Hinc quoque plurimum mellis aueritur.

SCYRO,

olim

Scyros.

Ante annos ducentos satis populosa, & diues, quia quadruplici portu instructa erat cum quatuor vr-bibus, sed illæ conciderunt, & indigenæ miserissimi, quia expositi Piratarum excursionibus, in duobus burgis delitescunt. Insula quoque sensim obducitur syluis: eius ambitus ad 80. pass. millia patet.

LEGINA,
seu Engia,

Insula ferax, sed piratis exposita, quare ex quo potiti sunt eâ Turcæ arcem ligneam hinc excitarunt ad stationem non incommodam, & ad quam fa-

- olim
Ægina. } cilior exscensio est. Ab illâ arce, seu castro li-
gneo dicitur in Odæporiis Græcis *Xilocastro.*
- SDILLE,
olim
*Delos, &
Rhenia.* } Nihil hîc præter antiquum nomen celebre; videtur
hodie gemina ob Rheniam ei coniunctam, &
vtraque vno nomine *sdille* dicitur; quamquam
pars quæ olim Rhenia erat, *Fermene* vocari ab in-
digenis perhibeatur. Ibi multa vestigia magnifi-
centiæ, & antiquitatis.
- NICSIA,
olim
Naxos. } Cum vrbe & portu cognomine: vini & frumenti fe-
racissima est. Archiepiscopi sedes est. Olim ha-
buit Duces suos nobiles Venetos quibus erepta
est tempore Selimi.
- PARIO,
olim
Paros. } Vrbs eius Episcopalis *Parthia*, & duo oppidula *Kepha-*
los, & *Augusta Agosta*. 50. passuum millia patet, &
vestigia ostendit templi pulcherrimi. Adiacet ei ab
Occidente *Antiparos Antipario.*
- AN-
DRIA,
olim
Andros. } Urbem habet Insulæ cognominem cum portu qui
iam oblimatus est; vrbi incumbit castrum in rupe
fixum: in eâ plurimi Latini degunt, qui suum etiam
habent Episcopum. Eius Insulæ Casei laudan-
tur, ob eximia pascua. Ambitus eius est 100. mille
passuum.
- ZIA, seu ZEA,
olim *Ceos*, seu
Cia. } Vrbs eius *Iulida*, olim *Iulis*: patet ad 50. pas-
suum millia: de eius fonte dicemus in *Ad-*
mirandis.

§ 2. De Insulis Nouæ Græciæ in mari Ionio, seu Siculo.

NVM. I. De Insulis Venetæ ditionis.

- COR-
FOV,
seu } *CORCYRA: Corfou*, seu *Corfu*, vrbs munitissima pænè
totius Europæ, duabus arcibus firmata in scopulis, ad
quas armatus miles nullo modo, inermis ægrè potest
adrepere. Vrbs etiam firmata propugnaculis, in Isth-
mo collocata, & *Tripolis.*
- seu } *S. Maria di Cassopo*, *Cassiope* olim, vbi Basilica illustris B.
Virginis sacra, quam *Æno-barbus Archipirata* incen-
Ppp iij

COR-
FV,
olim

dit, Veneti piè repararunt cum monasterio Græcorum Monachorum. Locus iam munitus est, piratarum metu.

Corcyra. Castrum S. Angeli: *Castel sant-Angelo.*
Paiopoli: Palæopolis, olim Ptychium.

ZAN-
TE,
olim
*Zacyn-
thos.*

ZACYNTHOS: *Zante*, Insulæ cognominis vrbs perampla & munita, cum portu eximio quem *S. Nicolai* vocant, cui adnexum suburbium ingens, atque vrbi propè par, quod alluit Fl. *Camurra*. Vna hæc vrbs murata in tota Insula, indigenarum Asylum, dum in eam piratæ irrumpunt.

CE-
PHA-

CEPHALONIA: *Cephalogna*, ampla ciuitas in monte sita, & admodum populosa; loco parum riguo, sed saluberrimo.

LO-

Affo, portus, aliter *Naffo*, cum arce in Peninsulâ ad nauium tutelam excitatâ: inde vallis nomen accepit *Val d' Affa*; olim vt puto *Asteria*.

GNA,
olim
*Cepha-
lonia.*

Argostoli, portus amplissimus, & capacissimus, & maximæ classis capax, non procul à Cephaloniâ.

Portus Guiscardi, *porto Guiscardo*, in Boream Insulæ statio.

RUDE-
RA

{ *Petiliæ: Petilia destrutta.*
{ *Dulichix: Dulichio roninato.*

PAXV, & ANTIPAXV,
olim *duæ Paxi*, seu *Paxe*.

{ *Pargensibus Epirotis concessæ, à Venetis, vt in iis armenta sua nutriant; hîc enim latissima pascua; pendéntque à Corcyro Prætoze.*

NVM. 2. *Insule in Ionio ditiois Turcicæ.*

SAPIEN-
ZA,
nobis *la
Sapience*,
olim *Spha-
gia.*

Duobus millibus à continente disiuncta cum portu non incommodo, sed tota penè deserta est, quia patet assiduis piratarum excursionibus.
Ab eâ non procul *Prodeso* veriùs scopulus quàm Insula, olim *Prote*, in quâ incredibilis Aporum multitudo.

STRI- { Insulæ duæ, quarum maior, seu Orientalis ad 4. millia

VALI, olim *Strophades*. patet, minor seu Occidentalis duobus passuum milibus definitur. In Orientali monasterium Græcorum Monachorum fixum ad stationem, seu portum non ineptum, quem arx exigua tuetur; vtraque peramœna est, vitibus & oleis distincta.

VAL DE COMA-PARE, aliter Val de Compagno, olim *Ithaca*. Piratarum statio, & exulum quos Veneti ex Insulis suis eiiciunt; vndique portuosa, & excensionem admittit, ideo piratarum rapinis patet: Græcis *Theachi* dicitur, Turcis *Phiachi*.

CVRZOLARI, aliter RVSCCELLI, nobis *les Curzolaires*, olim *Echinades*. Penè omnes desertæ, pleræque saxeis cautibus horridæ, maxima earum *Dulichio*. Celebrantur victoriâ, quæ aliter dicitur Lepantina.

SAINCTE MAVRE, olim *Leucas*. Insula peramœna, & vitibus vbique consita cum vrbe cognomine; olim Venetæ ditionis, & ab Venetis recuperata ante pugnam Lepantinam; sed Turcæ eam receperunt, & inde Piraticam exercent in mare Ionium. Ab equitibus Melitenfibus quondam capta est, & malè accepta, sed statim relicta.

SASSENSO, olim *Sasb*. Piratas Turcarum recipit, aliunde omnino deserta est, volucris potius quàm hominibus addicta.

CAPVT VII.

Geographia Turcogrecia, seu secundum Turcarum administrationem, ex Leunclauio, & aliis.

PRIMVS } Sophia: *Sophie*, vbi Beglierbegus residet; in Bulgariâ sita est.
 BEGLIER- } Silistria: *Silestrie*.
 BIA TVS } Nicopolis: *Nicoboli*.
 } Vidinum: *Vidino*.
 GRÆCIÆ } Quadraginta Ecclesiæ: *Kircklesse* in Thraciâ.
 } Vizza, seu Vyza in Thraciâ.
 } Chirmanû: *Chirramano*, seu *Kirmen* in Macedoniâ.

seu	Crateuallum: <i>Alazzachisar</i> , Seruiis <i>Cratenallo</i> , Scopia, seu Vscopia: <i>Scupi</i> .
R V M E-	Pestremum: <i>Pisrem</i> , seu Pestremo, & Prifrem in Theffaliâ.
L I Æ, aliter	Iannina, seu Iagnia: <i>Ioannina</i> Ætoliz.
	Castrum Angeli: <i>Angelo Castro</i> .
R O M A-	Theffalonica: <i>Salonichi</i> , in Macedoniâ.
	Tricea: <i>Triccala</i> in Theffaliâ.
N I Æ,	Augusta: <i>Gastani</i> , seu <i>Gastani</i> , in Moreâ.
	Lacedæmon: <i>Musithra</i> } duo Saniacatus fecun-
<i>le Beglierbei</i>	Patræ: <i>Paleopatro</i> } dùm Leunclaium,
<i>de Grece, ou</i>	Scodra: <i>Scutari</i> , seu <i>Ischodar</i> , in Albaniâ,
<i>de Rumelie,</i>	Dulcinium: <i>Dalcagini</i> , seu <i>Dalcigno</i> .
<i>ou de Roma-</i>	Albafauia: <i>Elbassau</i> .
<i>nie,</i>	Delminium: <i>Delminio</i> , aliter <i>Deluino</i> .
	Ocrida: <i>Ocrida</i> , sub quâ Croia.
vnde pen-	Tigina, seu Benderum: <i>Bender</i> , in Moldauiâ.
dent 24.	Mencastrum: <i>Achermeno</i> , seu <i>Kermen</i> , & <i>Bialo-</i>
Saniacatus.	<i>grad</i> , in Moldauiâ, seu Bessarabiâ.
	Callipolis: <i>Callipoli</i> , vbi residet Beglierbegus.
SECUNDVS	Nicomedia: <i>Comidia</i> .
BEGLIER-	Lesbos: <i>Metelin</i> .
BIATVS	Naxos: <i>Nicfia</i> , malè legitur apud Leunclaium
INSVLA-	<i>Nexia</i> .
R V M,	Rhodus: <i>Rhodes</i> .
	Nauplia: <i>Napli</i> , aut <i>Napoli de Romanie</i> .
<i>le Beglierbei</i>	Leucas: <i>Saincte Maure</i> ,
<i>Denisi,</i>	Pera: <i>Gabita</i> .
aliter	Lemnos: <i>Stalimene</i> .
<i>le General de</i>	Chios: <i>Scio</i> .
<i>la Mer,</i>	Eubœa: <i>Negrepont</i> .
aliter <i>le Capi-</i>	Bucephala: <i>Canalla</i> ,
<i>tan Bassi,</i>	Naupactus: <i>Lepante</i> .
sub quo 14.	Alexandria: <i>Scanderia</i> .
Saniacatus.	
	Nouigradia: <i>Nonigrod</i> .
TERTIVS	Filechum: <i>Filek</i> .
BEGLIER-	Zetizena: <i>Zetyfchen</i> , seu <i>Zetzen</i> .

BIATVS	Zoluchum : <i>Zoluch.</i>
	Segedinum : <i>Segedin.</i>
	Alba Regalis : <i>Albe Royale.</i>
BVDEN-	Sexartium : <i>Sexard.</i>
	Simontorium : <i>Simontorne.</i>
SIS,	Coppana : <i>Copan.</i>
	Muhatium : <i>Muhartz</i> , seu <i>Muhatz</i> , Leunclauio.
<i>Budum-</i>	Sigethum : <i>Ziget</i> , seu <i>Sasnuar</i> , in Hungariâ.
<i>Beglierbei,</i>	Quinque- Ecclesiâ : <i>Petschen</i> , seu <i>Cinq-Eglises</i> , in Hungariâ.
sub quo 15.	Sirmium : <i>Sirmio.</i>
Saniacatus.	Fanum S. Andreæ : <i>Semendrie</i> , seu <i>Zendreul</i> , in Rasciâ.

QUARTVS BEGLIER- BIATVS TEMESVA- RIENSIS,	Temesuaria : <i>Temesuar</i> , vbi commoratur Beglierbegus.
	<i>Mudaua</i> : <i>Mudaua.</i>
	<i>Vilafuuania</i> : <i>Vilafuuau.</i>
	<i>Chianadia</i> : <i>Tschianad.</i>
<i>le Beglierbei de</i>	<i>Virischitirna</i> : <i>Vvrschitirni.</i>
<i>Temesuar,</i>	<i>Alba Iulia</i> : <i>Gyula Feyerual.</i>
sub quo 8.	<i>Viminatum</i> , seu <i>Vidinum</i> : <i>Vidin.</i>
Saniacatus.	<i>Lippa</i> : <i>Lippa.</i>

QUINTVS BEGLIERBIA- TVS BOSSINEN- SIS	<i>Vammelucha</i> : <i>Banialuch</i> , sedes Beglierbegi.
	<i>Pofega</i> : <i>Pofsecha</i> , seu <i>Pofchegea.</i>
	<i>Cliffa</i> : <i>Cliffa.</i>
	<i>Herzegouina</i> : <i>Herzegouine.</i>
	<i>Lika</i> : <i>Lika.</i>
<i>le Beglierbei de la</i>	<i>Sareschia</i> : <i>Sazeschna.</i>
<i>Bosnia, ou de Bosna.</i>	<i>Orachum</i> : <i>Iffuornich</i> , aliter <i>Orach.</i>
sub quo 9. Saniacatus.	<i>Prisdenum</i> : <i>Bristem</i> , vel <i>Prisdin.</i>
	<i>Allazichia</i> : <i>Allatzchia-Chiffar.</i>

SEXTVS BEGLIERBEGVS THEO- DOSIANVS, <i>Coffe B glurbei</i> : Theodosiæ <i>Kaffi</i> in Tauricâ. Sub eo tres Saniacatus.	Theodosia : <i>Caffa.</i>
	Sidagios : <i>Zolac.</i>
	Tanais : <i>Ossou</i> , seu <i>Affaph.</i>

De Admirandis Græcia tam Veteris quàm Nouæ.§. I. *Admiranda Thraciæ.*

COCHRYNA, Fl. in Thraciâ, potus ouibus nigros fœtus facit.
Antigonus cap. 84.

Inter Byzantium, & Chersonesum mons sacer, ad quem mare interdum Bitumen in superficie defert. *Antigonus cap. 144. ex Eudoxo, & Callimacho Cyrenæo.*

Apud Agrios Thraciæ populos Pontus Fl. defert alueo suo lapides carbonibus similes: hos accensos si aquâ resperferis faciliùs ardent, si flabris exsuscites extinguuntur; horum odorem nullum reptile ferre potest. *Aristoteles in Admirandis, & Antig. cap. 151.*

Apud Botiæos lapis nascitur qui solis appulsu ignem exhalat. *Antigonus cap. 184.*

Apud Cinchros, & Chropfes populos Thraciæ (hos Aristoteles videtur Pfittos appellare, vtrumque populum vno nomine Antigonus Conchropsofes vocat) fonticulus est quem Aristoteles 3. hist. Animalium *Psychron* à frigore nominat, qui gustantibus illico mortem affert. *Aristoteles in Admirandis, & 3. hist. Animal. Antigonus cap. 156. Virruuius lib. 8. cap. 3.*

In monte Hefeno qui Mædos à Pæonibus dirimit (Antigonus Messapium, & Marfanum vocat) animal reperitur dictum *Bolinthus*, aliàs *Bonafus*, bouis formâ, quod se stercore contra canes tueretur; hoc calidum stercus si canes attigerit eos depilat; calidum porrò non est, nisi concitetur. *Aristoteles in Admirandis & in historiâ Animalium.*

Haud procul à Pangæo monte fons, ex quo si aqua appendatur in vase, duplex hyeme, quàm æstate pondus inuenies. *Plutarchus.*

In Thraciâ lapis Spinus dictus dissectus ardet, itémque perfusus aquâ. *Aristoteles in Admirandis.*

In fluuio quodam Ciconum lignum aquis deiectum lapideo cortice obducitur. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Locus est in Thraciâ stadiorum 20. vbi prouenit hordeum nulli animali vtile, præterquam homini: immo & abstinent cætera ani-

malia ab hominis stercore, qui eo victitavit; si attigerint moriuntur.

Aristoteles in Admirandis.

Ad locum qui dictus est Cedropolis in Thraciâ, homines, & accipitres ad venandum coeunt: excitant homines auiculas, accipitres deiiciunt in manus hominum, tum demum pars prædæ accipitribus obiicitur. *Arigonus cap. 34. & Plin. lib. 10. cap. 8.*

Nascuntur in Thraciâ carbunculi ignem minimè sentientes.

Plinius lib. 37. cap. 7.

Lapis prædictus ab Anaxagorâ Clazomenio Olymp. 78. cap. 2. cecidit à Sole in partem Thraciæ ad Ægos-Potamos Fl. qui etiam nunc ostenditur magnitudine Vehis, *Vehiculi*, colore adusto.

Plinius lib. 2. cap. 58. Plutarchus, & alij.

Circa Thraciæ sinum frumentum quadragesimo à satione die maturefcit, mirumque nulli frumento plus esse ponderis, & fufuribus carere. *Plinius lib. 18. cap. 7.*

Cassandro Galatas in Hæmo monte obsidente, cum syluæ multæ valli gratiâ excisæ essent, multi indidem fontes erupere. *Plinius lib. 31. cap. 4.*

Biziæ in Thraciâ numquam Hirundines apparent, ob fabulam Terei. *Plinius lib. 10. cap. 23.*

Bina iecinora leporibus in Chersoneso ad Propontidem, mirumque translatis aliò, alterum interire. *Plinius lib. 11. cap. 37.*

In Thraciâ nascitur Herba Ischæmon, quâ ferunt sanguinem fisti, non apertâ modò venâ, sed & rescissâ. *Plinius lib. 25. cap. 8.*

Circa Abderam & limitem qui Diomedis vocatur, equi pastu Dyctamno inflammantur rabie. *Plinius ibidem.*

Mel Heracleoticum, seu Perinthium etiamnum perniciosum est, & gustantibus mortem afferre solet propter Chamelæontem Nigrum herbam, cuius hæc regio ferax. Porrò ex hac herba succrescunt frutices Ixij dicti, ex quibus qui gustauerit illico moritur. Si igitur ex Chamelæontis floribus apes succum excerpserint, mel inde confectum mortiferum est. *Bellonius, & alij viatores Orientis.*

In Freto Thracio reperitur adhuc piscis Xiphias dictus, cuius è rostro cuspis quasi ensis eminet, quo alios pisces conficit, unde & nomen traxit. *Odaeporia Domini Des-Hayes.*

§. 2. Admiranda Constantinopoleos.

CVM Constantinus Imperator statuisset Ilium reparare, instrumenta fabrorum Byzantium translata sunt; & cum ipse pomærium vr̄bis aratro signaret præcedere visus est eum ignotus aliquis, qui moneret quousque procederet. *Zonaras Tomo primo, & Baro- nius ex eo.*

Constantinopoli prostant 7. turres ad sinum *Cornu* appellatum; harum in primâ si quis vocem emisisset, aut lapidem proiecisset ipsa similem vocem resonabat, quâdam machinatione, & secundæ repetendam dabat, itaque vox per omnes procedebat, nec alia turbabat aliam, sed singulæ vocem explicatam excipiebant, & distinctè reddebant. *Georgius Cedrenus.*

In eadem vr̄be Bibliotheca fuit continens sexies centena millia voluminum, inter quæ erat intestinum Draconis 120. pedum, in quo scripta erant Poëmata Homeri Ilias, & Odyssea literis aureis; deflagrauit autem vnâ cum Bibliothecâ imperante Basilisco. *Idem Cedrenus.*

Temporibus Anastasij statua Fortunæ ex ære facta, cuius pes premebat nauim, locata est in quadam vr̄bis parte, cum nauis illa temporis diuturnitate fracta esset, & eius membra furtim sublata, accidit vt naues Byzantium non appellerent, & ventorum violentiâ ingredi prohiberentur. Cum verò hæc restituta fuisset sublatum incommodum; iterumque de industriâ sublatis nauis huiusce membris, vt causa probaretur, idem quoque damnum passi sunt Constantinopolitani. *Zonaras.*

In lacu Neorio æreus bos ingens statutus est, quem aiunt semel in anno mugitum edere, tumque vr̄bi imminere calamitatem aliquam. *Aliqui apud Gellium quos irridet.*

Cum Simeon Rex Bulgarorum à Chrobatis victus esset, nunciatum est Imperatori statuam aut columnam quandam in Xerolapho Constantinopoli, illum Simeonem significare, ac si quis caput columnæ, aut statuæ rescinderet secuturum Simeonis interitum. Tum Imperatoris iussu ablatum statuæ caput, aut apex columnæ, & eodem profus tempore sublatus est stomachi doloribus Simeon, horâ ab Imperatore diligenter obseruatâ. *Zonaras.*

Quotannis mense Aprili piscatores Christiani, qui Constanti-

nopoli degunt Arenam legere in Ponto Euxino, eamque deferre ad Palatium, seu Serallium Ottomanicum: eo enim modo ostrea propè innumera hîc capiuntur, siue res ingenita sit huic arenæ, siue ostreorum semina huic permixta sint. *Odaeporia Domini Des-Hayes.*

Multa prætermitto quæ hodie dicuntur videri Constantinopoli, vt in fonte pisces aliàs assi, in quorum squammis assationis vestigia durent, & alia eiusmodi, quia sine auctore circumferuntur.

§. 3. *Admiranda Macedonia.*

CIRCA Atintaniam iuxta colles Apolloniatis petra est, in quâ latens ignis non apparet quidem, sed superinfuso oleo exardescit. Plinius hanc petram pluuiis incendi videtur innuere. *Aristoteles in Admirandis, & Plinius lib. 2. cap. 106.*

Iuxta gelidum fontem semper ardens Nymphæi Crater dira suis Apolloniatis portendit. Augetur imbribus, egeritque bitumen temperandum illo fonte *ingustabili*, aliàs omni bitumine dilutius est. *Iidem qui iam laudati sunt, iisdem locis.*

Non procul ab Apolloniâ in Tauliticâ regione (alij Taulanticâ legunt) ignis iugiter exardescit ex loco minimè amplo, vnde odor sulphuris, & aluminis existit: crescit tamen hîc herba altissima, & arbores excelsæ non plus quatuor passibus à flamma distant. *Aristoteles in Admirandis.*

In Bisaltiâ lepores duplex iecur habere perhibentur. Ibidemque templum Dionysij in quo ignis apparet, si futura vbertas; noctes & tenebræ portendunt sterilitatem. *Iidem Aristoteles eodem loco.*

In Chalcidicâ Regione locus *Canthareoletron* dictus, quia in eo viuere Cantharus, seu Scarabæus non potest, sed si eum subeat in orbem circumactus expirat. *Antigonus cap. 14. ex Theopompo; Aristoteles in Admir. Plin. lib. II. cap. 8.*

Clytis lacus Nitrosus Macedoniae, vnde populi Clytæ, ex cuius medio dulcis fonticulus existit; quòdque mirum scatebrâ fontis semper emicante lacus nec augetur, nec effluit. Huic circa canis exortum Nitrum innatat nouem diebus, totidem cessat: iis tamen diebus quibus Nitrum gignitur si fuerint imbres fit salius Nitrum, Aquilones faciunt deterius quia limum commouent. *Plinius lib. 31. cap. 10.*

Ad Achantum Macedoniæ sal nascitur, qui in igne nec crepitat, nec exilit. *Idem eodem libro cap. 7.*

Qui Athon montem incolunt centenis quadragenis annis uiuunt, & quia viperinis carnibus aluntur, eorum nec capiti, nec vestibus noxia insunt animalia, seu pediculi. *Idem lib. 7. cap. 2.*

Circa Philippos Macedoniæ ferunt metalla inueniri quorum ramenta deiecta crescunt, aurumque manifestò producunt. *Aristoteles in Admirandis.*

Est Olynthi terra quæ corrumpi frumentum non sinat, ideóque horreis adhibetur. *Plinius lib. 18. cap. 30.*

Cassandriæ quæ olim Potidæa dicebatur lapis colitur è cælo delapsus. *Idem lib. 2. cap. 58.*

Ad eandem Cassandriam terra qualibet magnitudine in aquam iniecta, lapidea extrahitur. *Idem Plin. lib. 35. cap. 13.*

Lycestis fluuius qui in Erigonem influit aquam acidam defert, quæ pota, vini modo remulentos facit. *Antigonus cap. 180. ex Theopompo. Plinius lib. 2. cap. 103. Aristoteles in Meteoris lib. 2. cap. 3. Vitruuius lib. 8. cap. 3.*

Miezæ pendentes in cauernis aquæ durefcunt in lapides. *Plinius lib. 31. cap. 2.*

Qui volunt sibi candida nasci pecora, ea deducunt ad aquatum ad Haliacmonem fluuium, qui nigra & fusca, ad Axium. *Plinius lib. 31. cap. 2. & Theophrastus.*

Circa Haliacmonem fluuium succus expressus ex rutâ contusâ & modicis aquis aspersâ, si copiosè ebibitur veneni vice fungitur. *Idem Plinius lib. 20.*

§. 4. Thessaliæ Admiranda.

TITARESII fluuij aquæ repudiantur à Peneo cuius aquæ purissimæ, illius crassissimæ sunt, sed olei instar is supereffluit. Refundit causam Strabo in pinguedinem Titaresij, Eustathius γλιχρότητα μεταλλικὴν. *Strabo lib. nono, & Eustathius in Dionysium.*

Peneus fluuius facit omnes oues ex aquâ suâ potantes nigras. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In Thessalia tantam serpentum nasci copiam perhibent, vt nisi tollantur à Ciconiis regio sit inhabitabilis; quare magnus hîc habetur honor Ciconiis, & capite luit qui aliquam interemerit. *Aristoteles in Admirandis.*

In Estiotide duo fontes, *Coroneus* ex quo bibentes oves nigræ fiunt, *Melas* ex quo candidæ; ideo sic dictus per *Antiphram*.
Plinius lib. 31. cap. 2. ex Eudycō.

In *Pelio* monte spina nascitur frugifera, cuius fructus cum oleo tritus & aquâ frigus omnino arcet. *Apollonius cap. 18. ex Heraclide Cretensi de urbibus Græciæ.*

In *Olympo* Monte nulli sunt lupi. *Plinius lib. 8. cap. 58.*

Circa eundem montem putei hyeme totâ deficiunt, vere primo multum aquæ reddunt. *Idem lib. 31. cap. 4.*

Ad *Larissam*, emissio lacu, Regio facta est frigidior, & omnes oleæ interierunt. *Idem Plin. lib. 17. cap. 4.*

Ad *Potnias* in *Magnesiâ*, *Asini* pasti *Dyctamno* rabie inflammantur. *Plinius lib. 25. cap. 8.*

In *Magnesiâ* aquæ calidæ factæ sunt frigidæ, sapore non mutato. *Plinius lib. 31. cap. 5.*

Pyrrha fluuius qui *Amphrysus* vocatur (sic enim codices emendatiores legunt) potus steriles fœminas facit. *Plinius lib. 31. cap. 2.*

Scotusæ fons est, qui non modò hominum & pecorum sanat vulnera, sed & si lignum fissum in eum coniicias coalescet. *Antigonus cap. 147. & Aristoteles in Admirandis.*

Polydamas *Scotusæus* *Pancratiastes* omnium mortalium procerissimus fuit. Adhuc iuuenis in *Olympo* monte Leonem occidit: *Taurum* maximum vngulâ tenens non dimisit magnâ vi eluctatum, nisi relictâ in manu vngulâ. Currum agitatum ab aurigâ, equisque impulsis alterâ manu retinuit immobilem; quare euocatus est ab *Artaxerxe*. In speluncâ fornice collapsus aliis fugientibus vnus ipse restitit, sperans inhibere se posse ruinam, sed saxi pondere obrutus est. *Suidas, & Tzetzes in variâ Historiâ.*

Cranone fons est calidus miri feruoris, qui vino additus triduo calorem potionis seruat in vasis. *Plinius lib. 31. cap. 2.*

Ibidem duo tantum visuntur *Corui*; hi autem exclusis duobus pullis abeunt, & proli locum cedunt. Hic quoque currus æreus quem pulsantes indigenæ tempore siccitatis à Deo poscunt pluuiam & impetrant. *Antigonus Carystius cap. 15.*

In lacu *Sicendo*, seu *Sicandro* *Thessaliæ* mutæ sunt ranæ, aliò si transferantur vocales. *Plinius lib. 8. cap. 58.*

Quo loco sepultus est *Euripides* aduenientes duo riui ex dextrâ, atque sinistrâ concurrunt, ad quorû confluentias solent pran-

fitare viatores propter aquæ bonitatem: ad riuum autem qui est ab alterâ parte monumenti nemo accedit, quia eius aqua creditur mortifera. *Vitruuius lib. 8. cap. 3.*

Phania palus Pyracum, vel in Pyrrhæa regione Theſſaliæ, ſiccata ardet. *Antigonus cap. 171.*

Eurymenis in vrbe Theſſaliæ deiectæ coronæ in fontem lapides fiunt. *Plinius lib. 31. cap. 2.*

In Theſſaliâ fons ex quo nec pecus vllum guſtat, nec beſtiarum vllum genus propiùs accedit: tradunt & æs, & ferrum arrodi illâ aquâ, & Siliquam ſylueſtrem amplecti radicibus fontem illum, ſemper florentem purpurâ. *Vitruuius lib. 8. cap. 3. & Plinius lib. 31. cap. 2.*

§. 5. Admiranda Epiri.

CIRCA Epirum aquæ calidæ ſunt, ſuper quas volare impunè nullæ volucres poſſunt, ſi Cygnos excipias qui in his locis degunt. *Ariſtoeles in Admirandis.*

In *Dodone* Iouis fons cùm ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoueantur eaſdem accendit. Idem fons meridie ſemper deficit, ideòque *Anapauomenon* vocant, mox increſcens ad medium noctis exuberat, & exinde ſenſim ſiccatur. *Plinius lib. 2. cap. 103. S. Auguſtinus 21. de Ciuit. Dei cap. 3. de Facibus.*

In *Acheloo* Fluuio *Zaclon* herba reperitur, quam ſi triueris, & in vinum conieceris fiet aqua, amittetque vim omnem vinum, tantùm odorem retinebit. *Plutarchus libello de Fluminibus.*

In eodem Fluuio naſcitur piſcis *Aper* dictus, qui vocalis eſt, & grunitus emittit. *Ariſtoeles lib. 4. Hiſtorie Animalium, & Plinius.*

In *Acheloi* Fluij ripâ inuenitur lapis *Galactites*, qui ſi teratur reddit ſuccum album; intra os receptus liqueſcit & ſoluitur; tamen memoriam bonam perimit: ſubnexus paruulis largiuſculos hauſtus ſaliuarum facit. *Solinus cap. 12. Plinius lib. 33.*

Ad *Leucadem* petra candida vnde huic *Inſulæ*, vel *Cherſoneſo* nomen, ex quâ præcipites ruebant mulieres in amoribus ſuis minùs felices. Ex eâ ruit *Sappho*, ruit priùs *Cymethos* *Ptereli* filia amore *Cephali* capta: atque ita hîc ſanabantur amantes, aut peribant. *Lilius Giralduſ, & Ianus Parrhaſius ex antiquis.*

Leu-

Leucadiæ Pauo virginem tam perditè amavit, vt eâ mortuâ interierit. *Athenaus lib. 14.*

In quodam specu Ambraciæ Faba à Pyrrhi Regis ætate ad Piraticum Gnei Pompeij bellum seruata est, hoc est annis centum circiter & viginti. *Plinius lib. 18. cap. 30.*

Circa Acarnaniam Molaris reperitur vnus argentei coloris, alter aurei, in metallicis. *Plinius lib. 36. cap. 19.*

In Athamaniâ fanum est Nympharum, vbi fons cuius aquæ frigus ineffabile, quidquid superponitur calefcit; si quis sarmenta, aut aliquid eiusmodi admouerit inflammatur. *Antigonus cap. 163.*

Accepimus in Epiro nostrâ memoriâ Tritonem exiisse de mari, ad fontem rapuisse mulieres concubitus gratiâ: quare vetitum esse, ne mulieres solæ ad fontem illum accederent. Captum autem nolentem edere, mortuum esse. *Vadianus in Melam.*

§. 6. *Admiranda Achaia, seu Helladis.*

NVM. I. *Admiranda Attica.*

ATHENIS in Pantheo olea est quam *Callistephanon* vocant, quæ habet omnia folia contraria reliquis oleis, quippe quæ supinam partem, non pronam habeant viridiorem; hæc etiam instar Myrti ad coronamenta ramos mirâ proportionem emittit. *Aristoteles in Admirandis, & Aristophanis Scholiastes.*

In templo Mineræ Athenis lucerna dedicata est quam Callimachus fecit, in quam infusum oleum non consumitur, nisi exacto demum anno, cum tamen lucerna noctes, diésque ardeat, eius funiculus est ex lino Carpasio (lege Carystio) quod ex omnibus, igne non absumitur. *Pausanias in Atticis.*

Mineræ olea incensa à Persis eodem die in proceritatem duorum cubitorum excreuit. *Idem, ibidem.*

Quæ in Æsculapij fonte Athenis immersa sunt in Phalerico portu redduntur, is est Atticæ portus non procul ab Athenis. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Athenis in Academiâ platanus fuit cubitorum 36. radix 37. *Idem lib. 12. cap. 1.*

Ibidem fons Enneacrunos dictus, is nimbosâ æstate frigidior

Parall. Geogr. Tom. II.

Rrr

est quàm puteus Iouis in horto, at puteus siccitatibus riget. *Plinius lib. 31. cap. 3.*

Ad montem Hymettum locus Cylli petra cognominatus, in quo fons, ex quo si mulier sterilis, aut infœcunda biberit, illico ad conceptum redditur idonea. *Suidas.*

In Marathoniis campis audiuntur per totam noctem equorum hinnitus, & pugnam cientium hominum species cernuntur. Qui de industriâ eò accedunt vt hæc videant malè multati recedunt, at iis qui fortuitò, nihil mali accidit. *Pausanias in Atticis.*

Perdices in Atticâ sunt vocales. *Antigonus Carystius cap. 6.*

Nulli aut rarissimi in Atticâ Leones, atque Dasipodes, vulgò *des Lapins.* *Naucrates Pœta Comicus.*

In Atticâ nullæ Coturnices vnquam visæ sunt arcem Mineruæ subire. *Apollonius cap. 8. & Antigonus Carystius.*

Megarum diu stetit Oleaster in foro, cui viri fortes affixerant arma sua, quæ cortice ambiente ætas occultauerat. Fuit autem arbor illa fatalis excidio vrbis præmonitæ oraculo, cum arbor arma peperisset, quod succisæ accidit, ocreis galeisque intus reperitis. *Plinius lib. 16. cap. 39.*

NVM. 2. Admiranda Bœotia.

In Bœotia fluuius Melas nigras, Cephisus licet ex eodem fonte profluens oues albas facit. *Plinius lib. 2. cap. 103. & Vitruuius lib. 8. cap. 3.*

Perdices non transuolant Bœotiz fines in Atticam. *Plinius lib. 10. cap. 29.*

Thebis Bœotiz belli Leuctrici tempore templa omnia disparuerunt, arma Herculis nusquam visa, Deo ad pugnam egresso. *Xenophon Hellenicæ lib. 6.*

Lacus Orchomenius nono quoque anno crescit, prodigiosus si quando amplitudinem biennio extendisset, quod contigit prælio ad Cherronæam infausto. *Plinius lib. 16. cap. 36.*

Orchomenium linum fit ex palustri velut arundine, & eius duntaxat panniculâ. *Idem lib. 19. cap. 2.*

Ad Trophonium Deum iuxta fluuium Orchomenum duo fontes, quorum alter obliuionem affert, alter memoriam, vnde dicti, *μνημὴ & λήθη.* *Idem Plinius lib. 31. cap. 2.*

In Bœotiâ nullæ Talpæ, in Coronico agro non modò nullæ, sed etiam importatæ moriuntur. *Antigonus Carystius cap. decimo.*

In Aulide templum Dianæ aliquot seculis ante bellum Troianum excitatum, cuius trabes adhuc durant, quâ ex materiâ ignoratur. *Idem lib. 16. cap. 40.*

Ab Oropo Aulidem vsque quidquid terræ mari attingitur mutatur in saxa. *Idem Plinius lib. 35. cap. 13.*

N V M. 3. *Admiranda reliquæ Achaie.*

In Daulide Phocidis neque hirundines pariunt, neque pullos excludunt, neque vnquam in ædium fastigiis, aut tectis nidos figunt. *Pausanias in Phocicis.*

Ex monte Taphio in Locris Ozolis riuus quasi puris, odoris terrimi profluit, quoniam sub hoc monte Nessus Centaurus sepultus esse perhibetur, vnde & dicti Locri Ozolæ. *Antigonus cap. 129. ex Myrsilo Lesbio.*

Ad Naupaetum ferebat Delphinus puerum; qui cùm tempestate subitâ extinctus esset relatus est à Delphino in littus, vbi & ipse expirauit. *Plinius lib. 9. cap. 8.*

In Doride Cephisus erumpens non omninò leniter, & placidè, verùm plerumque circa meridiem vocem edit, boatumque Taurino non absimilem. *Gerbelius lib. 5. in voce Lileâ.*

In eiusdem fluuij fontes proiecta bellaria rursus in Castalio fonte videbantur. *Pausanias.*

§. 7. *Admiranda Peloponnesi.*

N V M. I. *Admiranda Achaia propria.*

CORINTHI in templo Neptuni cella est, vbi Portunam latere credunt; si quis vel peregrinus, vel ciuis in eo loco peierarit, nullo modo potest effugere pœnas periurij. *Pausanias in Corinthiacis.*

Ibidem Corinthiacum æs fieri non potest, nisi in subdialemluceum Pyrenes fontis immergatur candens. *Idem, ibidem.*

Ibidem Corinthi claua Herculis iterum in oleastrum genuit. *Pausanias ibidem.*

Hic Cerui aliquando visi sunt enatam gerentes in cornibus hederam. *Aristoteles in Admirandis.*

In Achaiâ Peloponnesi circa Caryniam vinum nascitur partum abigens; etsi vnam tantum edant grauidæ, cum tamen sint eiusdem saporis cum aliis vuis. Addit & Theophrastus canibus grauidis si vvas illas gustauerint catulos elidi. *Plinius lib. 15. cap. 18. Athenæus & Theophrastus.*

Circa Sicyonem in mari vites reperiuntur, sed & ficus sine foliis, & rubro cortice. *Plinius lib. 13. cap. 25.*

NVM. 2. *Argia Admiranda.*

ANDRO quidam vir Argiuis totâ vitâ suâ siti, potuque caruit: iuit ad Ammonem, & victitauit tantum farinâ siccâ. *Aristoteles de ebrietate apud Apollonium cap. 25.*

Serpentes parui nascuntur Tyrinthæ (hîc Hercules nutritus perhibetur) illi aduenas interimunt, indigenis innoxij sunt. *Plinius lib. 8. cap. 59.*

In Trœzene omnes pedibus laborant, cuius morbi causa in aquas refundenda est. *Vitruuius lib. 8. cap. 3. & Plinius lib. 31. cap. 2.*

Apud eosdem Trœzenios sacra fiunt, in quibus quam in partem prima hostia ceciderit, in eandem cæteræ postea immolandæ cadent. *Pausanias in Corinthiacis.*

Hîc quoque mons pluuiam receptam non effundit, sed totam absorbet. *Idem, ibidem.*

Ibidem quoque aqua inuenitur, quæ etsi tranquilla videatur, si quis huic se commiserit ad ima trahitur. *Idem Pausanias eodem loco.*

NVM. 3. *Admiranda Laconia, & Messenia.*

CRESCIT in Laconiâ Agnus vitex ex viminum genere, per umbilicum adnectitur, & circa se herbam depascitur, eius caro tenerima est, & exquisiti saporis. *Pausanias in Laconicis.*

In Laconiâ Formicæ diuersæ à vulgaribus videntur, nam omnino albicantes sunt. *Idem Pausanias.*

Ad urbem Tyrræam quæ sita est in finibus Laconum, & Argiurum, lapis excinditur qui quantumuis grandis innatat, comminutus verò in fundum aquæ defertur. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In templo *Inus* futura dormientes prævident. Præterea in paludem, quæ etiam *Inus* dicitur, solent liba proicere, ea si demergantur autumant promitti felicia proiicienti; si aqua munus reiecerit aduersa expectant. *Pausanias in Laconicis.*

In *Tænaro* olim fons qui introsipientibus præbebat aspiciendas naues, quæ portum subibant. Aquæ miraculum fœmina abstulisse dicitur, cum in eo vestem pollutam menstruis abluisset. *Idem Pausanias.*

Vidi ego (inquit auctor) Delphinum qui puero, à quo sanatus erat ex vulnere quod à piscatoribus acceperat, penderet mercedem, huc & illuc eum circumferens. *Pausanias ibidem.*

Herba nascitur in *Taygetâ* monte *Charisios* dicta, quam mulieres initio veris collo alligantes, vehementius à maritis amantur. *Plutarchus in libello de Montibus.*

In *Chronio* monte nascitur lapis *Cylindrus* dictus, sic dictus ab casu qui ei contingere solet. Quoties enim fulgurat, aut fulminat, toties à culmine montis sponte deuoluitur. *Idem Plutarchus ex Dercyllo lib. 1. de lapidibus.*

In *Eurotâ* fluuio lapis gignitur *Galezæ* simillimus *θεγοῦδαίλος* dictus, qui quamprimum tubam inflare senserit, illicò in ripam quasi ad pugnam solet exilire. Quod si quis tum Athenienses nominarit, extemplo in altum demergitur: cuiusmodi lapides multi *Mineræ* consecrati. *Nicanor lib. 2. de fluminibus.*

Aristomenes Messenius 300. *Lacedæmonios* occidit: missus in specum per cœuernas effugit; iterum captus ad ignem lora combussit. Mortuo demum cum pectus apertum esset cor hirsutum repertum est. *Plinius lib. 11. cap. 37.*

N V M. 4. Admiranda Elidis.

ELIDE mulier ab *Æthiope* adultero imprægnata filiam peperit albam: sed ex eâ filiâ, & homine Græco natus est filius *Æthiops*. *Antigonus cap. 122.*

Alpheus fluuius vitiligines, & impetiginem curat, vnde & nomen accepit. *Strabo libro octauo.*

In vrbe *Elide* *Pelopsis* os eburneum, seu costa seruabatur, statisque temporibus morbo laborantibus ostensum, videntibus salubre salutiferumque existebat. *Plinius.*

Ibidem terra cibo mixta, efficit eundem meliorem, & exquisitioris saporis. *Apollonius cap. 33. ex Theophrasto.*

In ludis Olympicis cum multi milui aduolent, ut rapiant carnes, tamen sacrificia non attingunt: quod si eas rapuerint (inquit Plinius) lugubre creditur ostentum. *Apollonius cap. 10. ex Theopompo: & Plinius lib. 10. cap. 10.*

In vrbe Olympiâ cineres sacrificiorum Alpei fluij aquâ macerantur & diluuntur, iisque inducitur ara; aliâ aquâ id fieri non potest. *Plutarchus de defectu oraculorum, & Pausanias.*

Elei multitudine muscarum pestem afferente sacrificant Deo, quem Myaron vocant: eodem die, quo litatum est omnes muscæ intereunt. *Plinius lib. 10. cap. 28.*

Elei extra fines suos deducunt equas suas admissuras marem, & hæc mulos non pariunt ex asinis, ut alibi; *Plutarchus in questionibus Græcis.*

Elei certo die in templo Bacchi, tres lagenas obsignatas collocant, quæ resignatæ, plenæ vini reperiuntur. Addit Aristoteles vocari peregrinos ad rem explorandam. *Pausanias in posterioribus Eliacis, & Aristoteles in Admirandis.*

N V M. 5. Admiranda Arcadiæ.

In Arcadiâ nascuntur vites quarum vinum viros ex rationis usu dimouet (rabiam viris procurare ait Plinius) sceminis verò affert fecunditatem. Quod ait Athenæus vitibus ad Heræam contingere. *Ælianus lib. 13. varia histor. Plinius lib. 14. cap. 180. Athenæus lib. 1. ex Theophrasto.*

Nascuntur in Arcadiâ Eurotas & Alpheus, & ex eodem fonte, in quo si quis coronas duas vtrique fluuii suam consecravit, eaque in communem vtriusque fluxum proiecerit, eam quæ fuerit Eurotæ consecrata Eurotam, alteram quæ Alpheo, Alpheum reddere. *Strabo lib. sexto.*

Nascitur in Arcadiâ herba Centaurea, aliter Choronia dicta cutandis vulneribus aptissima; ea si mittatur in ollam cum carnis, carnes omnino inter se connectentur. *Plinius lib. 25. cap. 6.*

Styx aqua omnia vasa dirumpit præter cornea ait Antigonus; præter mullina aiunt Plinius, & Vitruuius; Equinam postulat Pausanias; Plutarchus Asininam, & hæc affirmat sublatum esse

Alexandrum. Plinius lib. 31. cap. 2. ex Theophrasto, ait in eâ reperiri paruos pisces pariter mortiferos. *Antigonus cap. 174. ex Theophrasto. Plinius lib. 30. cap. 16. Vitruuius lib. 8. cap. 3. Pausanias in Arcadicis. Plutarchus in Alexandro.*

In Agro Megapolitano stellarum modo campus ardet: ardor autem ille iucundus est, frondemque densi supra se nemoris non admittit. *Pausanias in Arcadicis.*

Ad urbem Clitorium, fons dictus Clitor, aut Clitorius, ex quo qui bibit fit abstemius à vino. Cuius vera causa est visinnata huic fonti contraria vino. Aiunt fabulæ purgationes Prætidarum à Melampode in fluuium illum projectas esse. *Vitruuius lib. 8. cap. 3. ut Poëtas prætermittam.*

Circa Clitorium piscis dictus *Exocetum* reperitur, sic dictus quòd in siccum fomni causâ exeat. Traditur, & illic vocalis esse, & sine branchiis. Pausanias Pæcilia vocare videtur, & fluuium Araonium vocat, & piscem illum vocem edere ad instar Turdi; insuper id maximè vesperi contingere, quod tamen negat à se deprehensum esse. *Plinius lib. 9. cap. 19. & Pausanias in Arcadicis.*

Nonacris fons mortem affert gustantibus ex nimio frigore, vnde eius aqua dum profluit, lapidescit. *Vitruuius lib. 8. cap. 3. Plinius lib. 31. cap. 2.*

Linus fons in Arcadiâ partum custodit, abortumque fieri non patitur. *Plinius lib. 31. cap. 2.*

Aqua Alifonis fontis sanat eos quos canes rabidi momorderunt. *Pausanias in Arcadicis.*

In monte Lyceo fons *Agnon* dictus, in quem post sacrificium projectus ramus querneus tempore siccitatis pluuiam impetrabat. *Idem Pausanias.*

§. 8. De Insulis Græciæ in mari Ionio.

N V M. I. Admiranda Insula Zacynthi.

In hac Insulâ fontes picis magnam copiam cum aquis euomunt. *Herodotus in Melpomene, & Vitruuius lib. 8. cap. 3.*

Ex lacu Zacynthio piscibus abundante, pix existit: quidquid in eum proieceris in mari postea apparet, licet quatuor stadiis à mari distet. *Antigonus cap. 169. ex Eudoxo.*

Quo tempore flant Etesia hinc caprae hiantes stant ad Boream, eoque contentae nec quaerunt aquam, nec bibunt. *Antigonus cap. 143.*

In hac Insula terra admixta cibo cum reddit meliorem, & suaviorem. *Apollonius cap. 33. ex Theophrasto.*

N V M 2. *Admiranda Cephalenia, Ithaca, & Echinadum.*

In Cephaleniâ amnis quidam penuriam Cicadarum, & copiam dirimit; scilicet ab una parte plurimae reperiuntur, ab alterâ nullae visuntur. *Plinius lib. 11. cap. 27. & Antigonus cap. 3.*

In Cephaleniâ nascuntur minuta animalia, quae lanâ ut oves vestiuntur. Item & serpentes hinc innoxij sunt, & in dormientium pectoribus, & sinu blandè repunt sine ullo periculo eorum qui hoc patiuntur. *Itinerarium Baronis de Beauvau.*

In Cephaleniâ caprae non bibunt ut reliquae quadrupedes quolibet die, sed ora aduersùm ventis obuertunt. *Aelianus tradit 6. mensibus non bibere capras. Aristoteles in Admirandis.*

Circa Cephaleniam pisces adeò falsi sunt, ut pro falsamentis sumi possint. *Plinius lib. 32. cap. 2.*

In Ithacâ lepores non nascuntur, & illati moriuntur potissimum in littore extremo. Addit Iulius Pollux eam solam inter Insulas leporibus carere. *Antigonus Carysius cap. 11. Plinius lib. 8. cap. 58.*

Ad Echinadas tempore Tiberij, circa id tempus quo Christus expiravit, auditae voces lugentium Magnum Panna mortuum esse, idque distinctissimè à nautis. *Baronius tom. 1. ad annum Christi 34. ex Plutarcho de effectu oraculorum.*

§. 9. *De maioribus Insulis in mari Aegaeo.*

N V M. 1. *Admiranda Insula Creta.*

CRETAM aliquando incoluit quidam Tellus nomine, qui eam de die ter circumibat. *Agatharcides.*

Ibidem alni fructum ferunt. *Aristoteles in Admirandis.*

Hinc caprae sagittis ictae recurrunt ad Dyctamnum, haec enim herba expellendi teli vim habet. *Antigonus cap. 36. Aristoteles lib. 9. cap.*

cap. 6. *hist. Animalium. Theophrastus lib. 9. de plantis. Cicero de nat. Deorum lib. 2. & alij plures.*

Tradunt item de ceruis, & aliis feris. *Plinius lib. 27. cap. 8. Tertullianus cap. ultimo de pœnit. & Isidorus.*

In Cretâ auis nomine Carystia, impunè inter flammâs volitat. *Licetus.*

Hic quocumque loco terram moueris cupressus emicat, nisi arbor alia inferatur. *Plinius lib. 16. cap. 33.*

In Cretâ nulla noctua, & aliunde importata moritur. *Antigonus cap. 10. & Plinius lib. 10. cap. 29.*

In Cretâ nulli sunt lupi, nullæ vulpes, nec vllum maleficum animal præter Phalangium: item & nulli cerui nisi in regione Cydoniatarum, nec Apri, nec Arragenes, nec Erinacei. *Plinius lib. 8. cap. 58. De Nociuis idem tradunt Alianus lib. 5. cap. 2. & Antigonus cap. decimo.*

In Creta serpentes dicti *Ophis, Ochendra, & Tephoti*, neque venenum habent, neque vlllo modo aut hominibus, aut animalibus nocent. *Cotonicus in Itinerario.*

Hic quoque crescit Aliaces herba quam si esuriens momorderit, haud sentiet famen aliquo tempore. *Bellonius.*

Circa Cretam nascuntur in mari frutices quibus purpuras inficiunt. Nascuntur autem laudatissimi in partibus Aquilonaribus. *Plinius lib. 13. cap. 25.*

Gortynæ est Platanus numquam folia demittens; sub quâ Iouem Europam ferunt corrupisse. *Plinius lib. 12. cap. 1.*

Circa eandem urbem oues ruffæ sunt, & qua dricornes. *Solinus.*

Albi montes (quos *λευκογαίης* vocant) tantum alluuntur pluuiis ab Austro, nullo modo à Septentrione. *Plinius lib. 31. cap. 3.*

In Cretico Metallo (vrbs est Cretæ quam Ptolemæus Mataliam appellat) arbores quæ flumine alluuntur saxa fiunt cum ramis. *Idem, eodem lib. cap. 2.*

Ad Arcadiam oppidum Cretæ fons ad multum tempus cessat fluere, deinde rursus emergit. *Theophrastus.*

Proditur expugnato oppido Arcadiâ cessasse fontes, itémque amnes qui in eo tractu multi erant: rursus condito oppido post sex annos emeruisse perhibentur, vti quæque partes cœpissent coli. Sic interest (inquit) coli mouerique terram, callumque summæ cutis solui. *Plinius lib. 31. cap. 4.*

Parall. Geogr. Tom. I I.

SSC

Ex Coryco monte erupit annis, ex quo cœptus est coli. *Idem lib. 31. cap. 5.*

In monte Carynâ (is est 9. millium passuum ambitus) in hoc spatio nullæ muscæ: & natum ibi mel muscæ numquam attingunt. *Plinius lib. 21. cap. 13.*

Istonia Fl. decem millibus passuum à Spina longâ aquas habet æstate maximè noxias, quoniam eius ripæ prætexuntur *Rhododaphne*, quam Itali vocant *Leandro*. Is autem frutex aded in hac Insulâ perniciosus, vt ex eo cocti panes, aut caro affata mortem afferat edentibus. *Boetius.*

N V M. 2. *Admiranda Eubææ, de Negrepont.*

PISCES iuxta Eubæam adeo falsi sunt, vt falsamenta vulgò existimentur. *Plinius.*

Euripus alerno cursu septies die, & septies nocte fluctibus inuicem versis aded immodicè fluit vt ventos etiam, & plenis velis nauigia frustreretur. *Plinius lib. 2. cap. 97. & Strabo.*

In Eubæâ locus Delium dictus, vbi aquæ calidæ terram quamcumque rigant faciunt lapideam, & quacumque exit riuus saxa in altitudinem crescunt. *Plinius lib. 31. cap. 2.*

Ibidem ad Fl. Heraclium Pyraenus Rex Eubæorum victus ab Hercule quatuor equis raptatus est, vbi adhuc auditur hinnitus equorum. *Plutarchus in collationibus histor. Græc. & Rom. collat. 7.*

In Chalcide nullum pecori inest iecur. *Plinius lib. 11. cap. 37.*

In parte quâdam Chalcidis agri pecora inueniuntur felle carentia. *Aristoteles lib. 1. hist. 1. Animal. & iterum lib. 4.*

In Arethusâ Chalcidis fonte Mugiles mansueti versantur, tum etiam Anguillæ aureis, atque argenteis inauribus ornatae, quæ ex hominum manibus cibos capiunt, ex manibus autem sacerdotum viscera, & caseos. *Aelianus lib. 13. Hist. Animal.*

Iuxta Italicam Chalcidi finitimam duo fluuij *Ceron*, & *Neleus* defluunt, de quibus si biberint oues circa concipiendi tempus, à *Ceronte* nigros, à *Nelco* albos fœtus pariunt. *Antigonus cap. 84. & Strabo lib. 10.*

In Carysti lapicidinis non ita pridem colligebantur lapidei glo-mi, & molles qui ducebantur vt linum, vnde conficiebantur map-pæ quæ igne non absumebantur, sed tantùm purgabantur. *Plutarchus de defectu oraculorum, & Strabo lib. 10.*

Est Cerinthi terra quæ frumentum corrumpi non finit, itaque adhibetur vulgò in horreis vt diutiùs seruetur. *Plinius lib. 18. c. 30.*

N V M. 3. *Admiranda Lemni, Stalimene.*

IN Insulâ Lemno visus est mas caper, qui duabus mammis quas habebat ad genitalia tantùm lactis reddebat, vt exinde colastra fierent; quod item eius proli masculæ legitur euenisse Huic aliquid affine testatur se vidisse in Indiis S. Franciscus Xauerius in Epistola de qua dicemus in Indiis. *Aristoteles lib. 3. de hist. Animal. & Antigonus cap. 26.*

Terra Lemniâ obsignatur, valétque ad inhibendos sanguinis fluxus. *Plinius lib. 35. cap. 6. & Galenus simpl. Med. lib. 9.*

Artho monti aduersa est Lemnos, qui non sine miraculo in forum Myrinæ umbras iacit; cùm sex & 80. millibus passuum inde separetur. *Solinus.*

§. 10. *Admiranda minorum Insularum in mari Ægæo.*

IN Insula CYTHERA Cerigo Afini syluestres reperiuntur, qui in capite lapillum gerunt malo Herculeo, & pleuresi perutilem: qui etiam si appendatur collo mulieris ex partu laborantis, illicò parit. *Pinctus.*

THASSOS. Apud Thassios vini duo genera, alterum quo somnus pellitur, alterum quo conciliatur. Item & vitis dicta Theriace cuius uua, & vinum contra morsus serpentum prodest. *Plinius lib. 15. cap. 18.*

SAMOTHRACIA. Zancli Samothraceno dentes post 104. annos renatos, ait se vidisse Mutianus ter Consul. *Plinius lib. 11. cap. 36.*

SCYROS. Lapis hic integer fluctuat, comminutus mergitur. *Idem lib. 36. cap. 17.*

DELOS. Ad hanc Insulam pisces falsi reperiuntur, sed in portu eiusdem Insulæ dulces, quorum diuersitas in varietatem nutrimenti reiicienda est. *Plinius lib. 32. cap. 2.*

In eâ Insulâ fons *Inops* dictus eodem modo quo Nilus pariter cum eo augetur, & decrescit. *Idem Plinius.*

RHENIA. In hac Insulâ felis non nascitur. *Antigonus cap. 11.*

ANDROS. Hic mures ferrum peredunt.

Hic quoque spina dicta *Acherdos* lethalis, quæ interficit arbo-

res alias si in eas incutiatur. *Antigonus cap. 21.*

Ibidem fons dictus *Diotecnosia* in templo Bacchi Nonis Ianuarij vini saporem referebat. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

SIPHVS. In eâ lapis excauatur, tornaturque in vasa coquendis cibis idonea: excalfactus oleo nigrescit durefcitque, naturâ suâ mollissimus. *Plinius lib. 31. cap. 2.*

CEA, fontem habet qui potus hebetes sensus facit. *Plinius ibidem.*

In parte huius Insulæ Occidentali, hodie *Zia* fons fluit ex quo qui biberit insanit, neque sanatur nisi aquam illam concoxerit. *Pinetus.*

SERIPHVS, mutas ranas habet: Plinius obseruat aliò translatas vocales esse. *Plinius lib. 8. cap. 58. Antigonus cap. 4. Simocatta in questionibus Physicis.*

TENOS, in quâ sepulchra Calais & Zethæ, quorum vnum mouebatur Boreâ spirante. *Scholiastes Apollonij.*

SYROS, in quâ cùm sitiens aquam hausisset Pherecydes, pronunciauit futurum post tres dies terræ motum. *Apollonius Dyscolus cap. 5.*

NAXOS, in quâ mulieres Naxiæ ὀκτώμηνια habent puerperia, edunt autem liberos suos octauo mense propter Bacchum ita natum. *Asclepiades apud Calium Rodiginum.*

Hic quoque aded Fel grande omnibus ferè quadrupedibus, vt prodigij loco fit aduenis si quando sacris interfint. *Aristoteles lib. 1. histor. Animalium.*

In eâdem (hodie *Nicsia* dicitur) vespæ reperiuntur aculeo venenato; nam quos pungunt interimunt. *Porcadius lib. 2. de Insulis.*

PAROS, ad quam pisces aded salsi sunt, vt pro falsamentis fumi queant. *Plinius lib. 32. cap. 2.*

Hic quoque familiæ Ophigenum, ex quibus legatus missus Romam à Consulibus in dolium serpentibus plenum coniectus est, circummulcentibus linguis, miraculum præbuit. *Plinius lib. 28. cap. 3.*

Reperitur in hâc Insula fons in quem immerfi panni candidi, itémque linea indusia nigro colore inficiuntur. *Pinetus.*